Artic 2 Conclo 1 Quantum ad scd̄m articuluz pono quattuor conclusiones. Prima est q̄ ex vnitate subiecti primi formaliter sumpti necessario cōcluditur vnitas specifica habitus scietifici probat̄ primo sic. sicut se habet distinctio subiecti ad distinctionez scientie: sicut se habet vnitas ad vnitatē sed ex distinctione subiecti primi formalr̄ sumpti necessario concludit̄ specifica distinctio habit⁹ scietifici: ergo: maior supponit̄: qz eadem scia τ quacūq; alia res distinguit a b aliys τ est vna: qz esse vnum est esse indiuisuz in se τ diuisum ab alys ex. 5. τ. 10. metaphisice: minor probat̄ rōne τ auctoritate. Auctoritate quidem ph'. 3. de anima. d. q̄ secant̄ scie quemadmoduz τ res. Rōne sic. Ex distinctiōe subiecti primi τ passionis demōstrabilis de subiecto necessario cōcluditur specifica distinctio habitus scietifici: sed ex distinctione subiecti p̄mi formalr̄ sumpti necessario cōcludit̄ distinctio passiōis demōstrabilis de subiecto: igit̄ ex distinctione subiecti p̄mi formalr̄ sumpti: necessario cōcludit̄ specifica distinctio habitus scientifici: maior est euidens: τ ab omnib⁹ cōcessa: minor probat̄: qz ex alia τ alia rōne formali subiecti orit̄: alia τ alia passio demōstrabil' de subiecto: nō eadē: vt p; ergo. Sed forte dicet̄: q̄ minor istius probationis nō est v'r vera: qz angelus τ homo distinguunt̄ specifice τ sic formalr. τ tamē eadem passio est demōstrabilis de vtroq; qz quilibet eoruz ē beatificabilis. Ista tñ euasio est nulla qz esse beatificabile nō cōuenit angelo τ homini per illud i quo distinguunt̄: s; per illud in quo conueniunt' dicente arist primo prior: q̄ quicquid conuenit differentibus spē: cōuenit eis per aliqd̄ cōe subiectū. angelus igit̄ τ hō prout de ipsis demōstrat̄ eē beatificabile nō sunt distincta subiecta formalia: sed vnuz tñ: qz vnum nō demōstrat̄ de ipsis nisi per aliqd̄ in quo cōueniunt eo mō̄ in quo declaratū est in q. de rōne formali subiecti ar 4. Scd̄o ad principale argui' primo sic: ex vnitate subiecti p̄mi: τ passionis demonstrabilis de subiecto necessario ɔcludit̄ vnitas specifica habitus scientifici: cū scia sit habitus ɔclusionis demōstrate ꝑ posteriorū: sed ex vnitate subiecti primi formalr̄ sumpti necessario ɔcludit̄ vnitas passionis demōstrabilis de subiecto qz si per rōnez formalē eandem plures passiones eēnt demōstrabiles de eodez subiecto: demōstratio nō eēt ex ꝓprus sed ex cōibus: qd̄ est cōtra arist. ꝑmo posteriorū: ergo τc. Sed forte dicet̄ q̄ minor istius rōnis ē falsa: qz de eodez subiecto simplr̄ re τ rōne vt puta de homine diuerse passiones sunt demōstrabiles: qz d̄ ipso demōstrat̄ q̄ sit risibilis: τ q̄ sit beatificabilis Ista tñ solutio ē nulla: qz esse beatificabile cōuenit homini per illud in quo cōuenit cū angelo: vt patet ex dictis: eē vero risibile ɔuenit ei p illud i quo distinguit̄ ab angelo: nō ergo ɔuenit ei per eādem rōnem formalem sed per aliam τ aliaz siue distinguatur in ipsa re: siue rōne: de quo alias videbit̄. Ista conclusio ɔfirmat̄ auctoritate phi ꝑ posterioꝝ. d. q̄ scientia est vna: q̄ est vnius gnīs subiecti τc. Et ɔstat q̄ loquit̄ de vnitate specifica: igit̄ τc. Scd̄a cōclusio est: q̄ ex nobilitate τ perfectione subiecti primi formalr̄ sumpti proportionabilr̄ ɔcludit̄ nobilitas: τ perfectio habitus scientifici: probat̄: primo sic: Ab eodem scia sortit̄ specificaz vnitatē τ perfectionem siue dignitatē. hoc patet: qz sciaz esse digniorē siue perfectiorē est ipsam habere vnitatez siue gradum specificum altiorē: sed primum sortit̄ ex subiecto ꝑ formalr̄ sumpto: ex ɔclusione precedenti: igit̄ τ scd̄m. Scd̄o sic: ab eodem scia sortit̄ specificaz distinctionē τ dignitatē siue perfectionem hoc patet: qz queciq; specifice perfectionalit̄ se excedunt: sicut patet p. b Aug. 3. de libero arbi. c. 21. vbi ꝓbat q̄ equalitas perfectionis aliquarū rerum: illas eiusdem specici esse ɔuincit: vñ si luna equaret̄ soli s'm perfectionē mō̄ essent sol τ luna: sed duo soles: igit̄ codē formalr̄ q̄ res aliq̄ specifici distingunt̄ ab alia ē dignior vel indignior ipsa: sed distinctionem specificaz scia sortit̄ ex subiecto ꝑ formalr̄ sumpto: vt patet ex supradictis: ḡ τc. Tertio sic: ex nobilitate τ perfectione subiecti p̄mi τ passionis demōstrabilis de subiecto: necessario cōcludit̄ nobilitas τ perfectio habitus scientifici s'm oēs: sed ex nobilitate subiecti p̄mi formalr̄ sumpti proportionabilit̄ ɔcluditur nobilitas τ perfectio passionis demōstrabilis: ergo: probat̄ minor: qz passio oritur nāl'r ex principys propriys subiecti formalr sumpti: igit̄ ex subiecto nobiliori orit̄ nobilior passio: patet ista ɔñā: qz nā agit toto conatu. Quarto sic: qualis ē ordo formalis rōnis in obiecto ꝑ potentie ad potentiaz: talis in subiecto ꝑ scie ad sciam: τ presertim quo ad maiorez vel minorem perfectione habitus vel potentie: sed rō formalis in obiecto ꝑ potētie in aliquo perfecto certo gradu ɔcludit necessario maiorē perfectionez potentie q̄ minus perfecta: igit̄ τc. minor patet ꝑ totum processum arist 2. τ. 3. de anima vbi in diuersis locis cōcludit ordinem τ perfectionē potētiaruz ex perfectione τ ordine obiectorū debere sumi: patet etiā discurrendo per oēs potentias aie taz cognitiuas: q̄ appetitiuas: p; etiā ex actibus earū: qz actus nobilior est nobilioris potentie s; oēs Et constat q̄ actus nobilior est respectu nobiliori obiecti. Et hinc est q̄ arist. dicit potentias distingui ꝑ act⁹ τ actus per obiecta igit̄ τc. Ista cōclusio pōt cōfirmari multis auctoritatib⁹ phi: τ comētatoris: qui istam mām tractauerūt. primo auctoritate expressa phi i ꝑhemio de aia bonoꝝ honorabiliū τc. Et lz arist. ponat infra duas cōclusiones. d. vnā sciaz eē nobiliorem alia: vel qz de nobiliori subiecto. vel qz ꝑcedit certiori mō: p̄ma tñ est potissima: qz constat q̄ metaphisica simplr excedit scias matematicas ꝑ nobilitatē subiecti nō obstāte: q̄ excedat̄ ab eis certitudine demōstrationis cuz sint in p̄mo ordine certitudis s; comētatorē: 1. metaphisice cōmēto. 6. ergo τc Et pōt ex dictis formari vna rō talis: nulla scia pō' aliam excedere nisi nobilitate subiecti: vel certitudine demōstrationis: vel vtroq; istoruz: hoc patet per comētatorē exponentez verba predicta phi ꝑ comento vbi sic inquit: artes n̄ nō differunt ab inuicem nisi altero duoꝝ modorū. s. aut cōfirmatione demōstrationis aut nobilitate subiecti: aut vtroq; mō. si igit̄ scia de nobiliori subiecto: n̄ sit nobilior: quero in quo exceditur ab alia: non pōt dari stante supposito nisi cōfirmatio demōstrationis: sed hoc nō obstat vt declaratū est de metaphisica τ sciētiis matematicis ḡ τc. Scd̄o pōt ɔfirmari auctoritate phi. 5. metaphisice: vbi postq̄ ꝓbauit ne conclo 2



taphisicã esse aliã a phisica concludit ipsaz eẽ perfectio
rem et in maiori perfectione subiectiuum quo verbo sit i
quit cometator cometo. 2 Et tñ manifestũ est pse
q scia nobilior est gñis nobilior. & scia diuina est no
bilior: et go est gnis nobilior & loquitur cometator
de gñe sub ecti sicut arist. qñ dicit: q scia est vna q̃ est
vnius gñis subiecti: pp qd subdit comentator imme
diate: oes.n. scie speculatiue lz sint nobiles: tñ scia
dei est nobilior: qz eius subiectũ est nobilius oibus
subiectis. Multe auctoritates consimiles adducunt
conclo 3 a doctoribus & io ptranseo. Tertia cõ ẽ q ex infinita
te pmi subiecti formalr sũpti: necessario concludit infi
nitas hitus scientifici: probat pmo sic. Ex infinita
te pmi subiecti & passionis demrabilis de subiecto
necẽrio concludit ifinitas hit scietifici sz ex ifinitate
subiecti pmi formalr sũpti neẽario concludit ifinitas
passiõis & ma. pz qz eade scia ẽ finita & ifinita: & ab
alijs specifice distincta: sz adhuc posito q vna scia
specifice distinguat ab alia solo subiecto nullus põt
negare quin distinguat subiecto & passione demon
strabili de ipso: cuz scia nõ sit nisi habitus conclusio
nis demõstrate: minor pbatur sic: qz qd oritur ex pro
prijs principijs infiniti vt infinitũ est: est necessario
infinitum. sed passio demõstrabilis de subiecto infi
nito formalr sumpto orit ex proprijs pncipijs infiniti
vt infinitũ ẽ vt patet: ergo Scdo: qz qd orit natura
liter ex proprijs principijs subiecti infiniti formalr
sumpti est necessario infinitũ hoc patet: qz sicut di
cebat superius natura agit toto conatu: sz passio d
mõstrabilis de subiecto infinito vt infinitũ est: ẽ hu
iusmodi g &c. Scdo ad principale sic ad augmen
tum perfectionis subiecti primi formalr sumpti: ne
cessario pportionabilr sequit augmentũ perfectio
nis habitus scientifici. Et ad maius sequit maius
igit ad infinituz sequit infinitũ: añs patet ex cõclu
sione precedenti: cõña tenet virtute istius deductio
nis quã arist. & cõmtator faciũt 8 phisicoꝝ. si tãta
virtus in tanto tpe & maior in minori: igit infinita i
nõ tpe. Et cõfirmat: ponatur q deus creet vnum an
gelum perfectionalr infinitũ eiusdem tñ rõnis spe
cifice cum gabriele: & q aliquis hõ habeat sciaz de
ipso vt infinitus est: & idez vel alius hõ sciaz de ga
briele qui nõ est infinitus: tunc quero: an scia quã
habet hõ de angelo infinito excedat sciam quã ha
bet de gabriele finite vel infinite. si ifinite: ppositũ
si finite ponat: q deus augmẽtet pfectionẽ gabrie
lis tñ quãtũ pportionabilr scia de angelo infinito
excedit sciam de gabriele: quo posito: sequit stante
añte predicto: q scietia quam etiam haberet hõ de
gabriele eẽt equalis pfectionis cum scia quã habet
de angelo infinito: qd ẽ oio impossibile pp duo. Pri
mo qz adhuc pfectio gabrielis eẽt finita si infinita
& per cñs scia de subiecto finito equaret scie de su
biecto infinito qd est impossibile. Scdo qz ponat
q deus iterũ augmẽtet perfectionẽ gabrielis in du
plo: & tũc scia hois de gabriele finito esset pfectior i
duplo q̃ scia de angelo infinito qd nullus diceret:
& repugnat añti. Ex ista rõe patet deductio doc. no
stri dicentis: q inter subiectũ & sciaz debet eẽ ppor
tio: fm augmentum perfectiõis scie: & ideo sicut su
biecti finiti est scia finita: ita infiniti vt infiniti: ẽ
siue sub rõne infiniti est scia infinita. Ex istis dua
bus conclusiõibus sequit. supposito: q deus possit p
ducere effectũ pportionabilr ifinitũ in gñe vt puta
colorem vel angelũ infinitũ in suo gñe: q aliqua sci
entia finita põt eẽ simplr perfectior scia ifinita: de
ductio patet: qz si color & angelus eent infiniti scia
angeli de colore vt infinitus est: esset infinita ex con
clusiõe precedẽti. & tñ nõ equaret scie infinite quã
habet angelus de deo: imo nõ equaret scie finite quã
habet de hoie: qd patet ex duobus: Primo: qz quã
tũ subiectum excedit subiectum: tñ pportionabilr
scia excedit sciam: sicut patet ex scda conclusiõe sz hõ
quãtũcũqz finitus est simplr pfectior colore infinito
igit scia de hoie finita erit simplr pfectior scia de co
lore quãtũcũqz infinita. Scdo: qz scia de colore &
scia de hoie sunt diuersarũ rõnum: si vnum cresceret
in ifinitũ adhuc nõ equaret perfectioali alteri er
go &c. Quarta conclusio est q si theo creature eẽt concl. 4
de deo tãqz de subiecto sub rõne infiniti vl sub rõ
ne deitatis absolute sumpta eẽt perfectionalr infi
nita. Ista conclusio quãtũ ad primã partẽ sequit ex p
dictis: qz scia d deo sub rõne infinita est de infinito
vt infinitũ est: & talis est pfectionalr infinita ex cõ
clusione precedenti: quãtũ ad scdaz ẽt patet qz infi
nitas est de per se & pmo intellectu quiditatiuo deitat
vt declaratũ est sup igit si theo fit de deo sub rõne
deitatis absolute sumpta: & hec erit de infinito sub
rõne infiniti: & sic perfectionalr infinita: & hec ẽ de
ductio doc. nri Henricus quolibet. 12.q.1. Henricus
Est tñ hic aduertẽdũ: q quidã solẽnis doc. vo
lẽs vitare illã difficultatẽ doctoris dicit q aliter de
us sub rõne deitat obicit intellectui diuino: & aliter
creato: qz intellectui diuino nõ solũ obicit rõ deitat
absolute sumpta: sed ẽt rõ infinitat in rõne obiecti
cogniti: & ideo actus vel intellectus habitus diuini est i
trinsece & formalr ifinitus: intellectui vero creato si
ue i via: siue i patria obicit rõ deitat absolute sũpta
in rõne obiecti cogniti specificant actũ vel habituz
rõ tñ infinitat nõ obicit in rõne obiecti cogniti: & io
vt dicit nõ sequit q actus vel habitus intellectus crea
ti sit intrinsece & formalr infinitus. Ista tñ solu
tio est nulla: qz cum infinitas sit de per se & pmo in
tellectu quiditatiuo deitat simplr est impossibile: q
rõ deitat absolute sumpta obiciat intellectui crea
to in rõne obiecti cogniti: & q rõ infinitat nõ obicia
tur ei: & io si theo creature eẽt infinita si eẽt d deo
vt infinitus est siue sub rõne infiniti: fm istũ doc.
qz tũc rõ infinitat obiceret ei in rõne obiecti cogni
ti specificant actũ vel habitũ vt dicit ita oz eũ cõ
cedere q sit infinita si sit de deo vt deus est siue sb
rõne deitatis absolute sumpta: & hoc de scdo.


Tertius & quartus articulus. Articu. 3.&.4.

Quantũ ad. 3.&.4. articulũ simul. ptr s cõclusio
nes istas mouẽda & d. soluẽda sunt dubia Et
primo ptra primã conclusionẽ: quidã doc arguit p sic.

Aureolus in prolo 1 q 4. arti. 3. Aureol.

Si vnitas subiecti sufficit ad causandũ vnitatẽ
in scientifico habitu: adhuc vnitas est specifica: aut
gñis subalterni aut gñis gñalissimi: aut ipsius entis
primũ dari n põt qz tũc tot eẽnt scie. quot sũt spes
specialissime: nec scdm quia pari rõne: tot essent scie
quot genera subalterna: nec. 3. qz tũc eẽnt decẽ sci
entie iuxta denariũ numerũ predicamentoꝝ. Nec
quartũ: qz tũc tñ eẽt vna scia & maxie si ens sit vnius
rõnis: igit vnitas subiecti nõ tribuit hitui vnitatẽ.

Preterea sicut hitus refertur ad obiectum sic &
potentia: sed due potentie põt ferri super idez obie
ctũ & sub eadẽ rõne: vt sensus cõis & visus sup colo
rez: & intellectus & volũtas sup rõnez boni: igit duo
habitus ferri poterũt sup idez obiectũ & sub eadez rõ
ne formali. Preterea opinio & scia sunt habi
tus diuersi. & tñ põt esse de eodez sub eadẽ rõne. igi
tur idem qd prius. Et põt ista rõ cõfirmari: qz opi
nio & scia plus differunt: q̃ due scie sicut patet per
phm. 6. ethicorũ. igit si nõ repugnat opinioni & scie
habere idẽ subiectũ & sub eadẽ rõe formali nec dua
bus scietijs Ochã in prolo. 1. q. 5. arti. 1 Ocham.



Preterea: ad idē q̄dā alius arguit sic de subiecto simplr̄ r̄c z rōc p̄nt eē distincte scie p̄p distinctiōes passionū: sicut h̄ois bō ē risibil': ois bō est beatificabilis: ig̃r vnitas scie nō necessario ꝯcludit̄ ex vnitate subiecti. Rñō ad rōnes aureoli.

Rñō ad aureol. Ad primum istorū dico: q̄ rō formalis subiecti necessario est vna: aliq̄ illarū vnitatū: q̄ pōt eē vnitate numerali: vel vnitate p̄ se ordinis q̄ nō est aliq̄ istarum: lȝ possit stare cū oibus: sicut fuit declaratū in .q. de rōne formali subiecti ar. 4. z iō rō nulla. Ad scḋm dico q̄ due potētie nō possint hēre idē obiectū sub eadē rōne formali: q̄ potētie distinguunt̄ p̄ act⁹: z act⁹ p̄ obiecta: sicut p̄ȝ p̄ arist. 2. z 3. de aia. Et ad probatiōes ad p̄mā dico q̄ lȝ sensus cōis possit ferri sup colorē: color tñ nō ē ei⁹ obiectū formale: ꝧ pars obiectiua sui p̄ se obiecti. Ad scḋaȝ videbit̄ q̄d dicendū: cū inquiret̄ de rōne obiectiua intellectus z volūtatis. Ad tertiū dico q̄ nō ē sile de opinione z scia z de duab⁹ scientiis: q̄ opinio nō distinguit̄ a scia p̄ subiectū ꝧ p̄ mediū: z iō nō repugnat eis eē ꝯ eodē subiecto ēt formalr̄ sūpto. scia vero distinguit̄ a scia p̄ subiectum vt p̄ȝ ex dictis: z iō distincte scie nō p̄nt hēre idē subiectū formale. Ex his p̄ȝ q̄d dicendū ad ꝯfirmationē: q̄ lȝ opio z scia plus differāt q̄ due scie ex hoc tñ nō sequit̄ q̄ si opio z scia p̄nt eē de eodē subiecto: q̄ due scie possint: q̄ opio z scia nō distinguunt̄ p̄ subiecta sicut due scie. Et est simile ac si dicat̄ risibilitas: z q̄ntitas plus differunt q̄ risibilitas z hinibilitas: z risibilitas z q̄ntitas p̄nt eē in eodē subiecto: ig̃r risibilitas z hinibilitas: p̄ȝ q̄ nō sequit̄: q̄ risibilitas z q̄ntitas nō distinguunt̄ p̄ subiectū sicut risibilitas z hinibilitas.

Rñō ad ocham. Rñō ad rōnes ochā

Ad quartū p̄ȝ q̄d dicendū ex p̄ma ꝯclusione. 2. arti. q̄ ex vnitate subiecti p̄mi formalr̄ sumpti necessario ꝯcludit̄ vnitas passionis: z iō lȝ distincte passiōes possint demr̄ari de eodē subiecto mālr̄ sūpto nō tñ formalr̄: q̄d p̄ȝ ēt in exeplo suo: q̄ eē risibile cōuenit hōi p̄ rōne hōis: q̄ cōuenit tñ hōi nec esse vo beatificabile nō ꝯuenit tñ hōi ig̃ z c. ig̃r exēpla sua sūt ad oppositū: q̄ p̄ aliā rōneȝ ē risibilis z p̄ aliaȝ beatificabil'. Et vlteri⁹ ista deductio ꝯdicit ꝯmētatori sicut p̄ȝ ex scḋa ꝯclusione eiusdē articuli: q̄ artes nō dr̄ūt abinuicē sicut fuit allegatū ibi nisi alto duorū modoruȝ: l' aut ꝯfirmatiōe demr̄ationis: aut nobilitate subiecti: aut vtroq̄ mō: l' nō differunt p̄p distinctionem passionū: nisi pro q̄ntō ex distinctiōe subiectorum ꝯcludit̄ distinctio passionū sic declaratū ē sup.


Michael Michael de massa in p̄lo. 1. q. 5. arti. 1.

Cōtra scḋaȝ ꝯclusionē q̄dā doc. nr̄ arguit p̄rio sic: si hitus scialis p̄fectionē z dignitatē sumeret regulr̄ ex subiecto tūc s̄m augmētū z excessum p̄fectiōis subiecti ad subiectū eēt augmētū z excessus p̄fectiōis hitus ad hitū ꝧ hoc ē falsū: q̄ hitus qui specificat̄ a sb̄a nō excedit hitū q̄ specificat̄ a q̄ntitate: sꝫ sb̄a excedit q̄ntitatē: hec p̄ȝ: q̄ excessus p̄fectiōis sb̄e ad q̄ntitatē est excessus impossibil' i eodem p̄dicamēto: ꝧ excessus cuiuscūq̄ hitus ad aliū hitū nō ē incōpossibil' in eodē p̄dicamēto: cū oēs habitus sciales sint in eodē p̄dicamēto ig̃ z c. Preterea ipossibile ē aliquē hitū creatū tñ excedere aliū hitū creatū q̄ntū de⁹ s̄m illā rōnē s̄m quā terminant actū vl' hitū creature excedit q̄dcūq̄ ens creatū: ꝧ ipossibile ē: q̄ regulr̄ sit verū q̄ hit⁹ sumat p̄portionabilr̄ perfectionē z dignitatē ex subiecto: vel obiecto: ꝯña p̄ȝ: q̄ si regulr̄ s̄m dignitatē obiectorū formaliū eēt dignitas hituū intrinseca z intensiua: s̄ cuiuscūq̄ rei rō formalis subiectiua est i p̄portionabilis z improportionabiliter excedēs oēm rōnem subiectiuā aliarū rerū: z hitus transiēs sup rē illaȝ q̄ntūcūq̄: ꝯña declarat̄: q̄ rō s̄m quā deus terminat actū vel hitū beatificū creature siue sit rō finita siue infinita eo ipso q̄ ē rō beatifica nō ē proportionabilis alicui rōni nō beatifice: z tñ oīs perfectō hitus creati ē p̄portionabilis p̄fectioni cuiuslȝ alterius hitus creati: q̄ vtraq̄ p̄fectio est creata: z dependēs: ꝧ nō ē sic ex p̄te obiectorū: q̄ obiectū beatificū nō ē creatuȝ: nec dependēs: etiā dato q̄ beatifi caret sub rōe formalr̄ finita. Preterea subiecto existente eodē formalr̄: pōt haberi scia magis z min⁹ perfecta p̄p aliam z aliā passionē nobilē: ig̃ de nobilitate subiecti z dignitate subiecti nō arguit̄ regulariter nobilitas scie: ꝯña p̄ȝ: et añs p̄bat̄: q̄ nobilior est cognitio q̄ cognosco hoieȝ eē beatificabilē q̄ȝ cognitio q̄ cognosco ipsuȝ eē mortalē: supposito q̄ cognoscā vtrūq̄ eque euidenter z eū subiectuȝ est penitus ideȝ. Rñō ad rōnes michaelis.

Rñō ad micha. Ad p̄mū istorū ꝯcedo q̄ scḋm augmētū z excessū p̄fectiōis subiecti ad subiectū ē augmentū z excessus hitus p̄fectionis ad hitū nō quidē simplr̄ z adequate ꝧ proportionabilr̄ z ꝯmensuratiue eo mō q̄ in. p̄ ar. extitit declaratū. Et q̄ñ dr̄: q̄ hitus q̄ specificat̄ a subiecto nō excedit hituȝ q̄ specificat̄ a q̄ntitate: sꝫ sb̄a excedit q̄ntitatē: si intelligat̄ in p̄ sensu ꝯcedo: q̄ tūc sequeret̄ sicut deducit z hñ: q̄ scia de sb̄a nō eēt i eodē p̄dicamēto cū scia ꝯ q̄ntitate: Sꝫ in 2°. sit nego nec sequit̄ ex h°. q̄ scia ꝯ sb̄a nō sit i eodē p̄dicamēto cū scia de q̄ntitate sic nec sb̄a cum q̄ntitate: q̄ nō tñ excedit scia sciaȝ simplr̄: q̄ntū sb̄a q̄ntitatē: ꝧ solū p̄babilr̄. Ad scḋm codē mō dico: q̄ nō oȝ q̄ hitus theologic⁹ creature simplr̄ excedit oēm aliū hitū: q̄ntū rō formal' subiecti theo° excedit q̄dcūq̄ ens creatū: sed solū p̄portionabiliter: z hoc ē verū: nec ex hoc sequit̄ q̄ theo° creature nō sit dependēs ac creata: q̄ nō tñ excedit alias scias creature simplr̄ q̄ntū rō formalis sui subiecti siue sit finita siue infinita excedit q̄dcunq̄ ens creatū ꝧ solū p̄portionabilr̄: eo mō q̄ declaratū ē supra. Ad tertiū: p̄ȝ ex. 2. arti. q̄ añs nō ē verū: q̄ lȝ due passiones quarū vna ē nobilior altera ꝯueniāt eideȝ subiecto mālr̄ sumpto nō tñ formalr̄ vt p̄ȝ ex exēplo suo: q̄ eē beatificale ꝯuenit hōi p̄ aliq̄d cōe sibi z angelis in quo distinguit̄ a brutis: eē vero mortale ꝯuenit ei p̄ aliq̄d cōe sibi z brutis in quo ꝧ distinguit̄ ab angelis: ig̃r hec z illa passio nō ꝯuenit hōi p̄ eādē rōneȝ formalē.

Rodo. Rodo. i p̄lo. 1. q. 4. ar. 2.

Cōtra tertiā z quartā ꝯclusionē sil' q̄dā doc arguit sic: q̄ de subiecto finito pōt eē z ē scia infinita: ig̃ z ꝯ subiecto infinito pōt eē scia finita: añs p̄ȝ: q̄ deus hȝ sciam infinitā de subiecto finito: vt puta de creatura: ꝯña p̄bat̄: q̄ si finitas in subiecto nō ꝯcludit finitatē in hitu nec infinitas infinitatē. Ad idem arguitur cōiter sic scia nō magis sortit̄ q̄ntitateȝ q̄ȝ spēm a subiecto imo nō sortit̄ q̄ntitatē a subiecto: nisi sortit̄ spēm ab eo: ꝧ sic sortit̄ spēs a subiecto q̄ tñ nō ē eiusdē spēi cum subiecto: ig̃ sicut sortitur q̄ntitateȝ ab ipso: q̄ nō erit tñ eiusdē q̄ntitatis cū eo: z per ꝯñs sicut scia de lapide nō ē lapis: sic scia ꝯ infinito: nō oȝ q̄ sit infinita. Propterea: scia nālis ē de infinito: sicut p̄ȝ per p̄hm. 3. phisicorum: z tñ ē finita nō infinita: ig̃ nō ē vlr̄ verū q̄ scia de infinito sit infinita. Et ꝯfirmat̄: q̄ de infinitate dei p̄hs tradit scientiam 8 phisicorum z 12. metaphisice z tamen nulla illarū sciarū est infinita. Preterea sicut se hȝ potētia ad effectū sicut se hȝ subiectū ad habitum z obiectum ad intellectuȝ: sed potentia infinita pōt cāre z de facto causat effectum finitum ig̃ subiectuȝ z obiectū infinitū actū z habitū fini-



tũ. Et cõfirmat: qz nõ magis sortit̃ scia suã quantitatẽ ex subiecto q̃z effectus ex sua cã pductiua: sz cã infinita põt causare effectũ finitũ ergo ₇c.

Rño ad rõnes ꝯ͠todõ. *(margin: Rño ad todõ.)*

Ad pmũ istoꝝ põt rñderi q̃ scia dei nõ est de aliquo finito tanq̃ de subiecto p̃rimo: sed de infinito: qz de deo vt simplicit̃ infinitus siue sub rõne infiniti ₇ ideo est infinita. Nõ enim imaginor q̃ subiectũ pmũ scie quã deus habet de lapide sit lapis: sz essentia diuina vt simpliciter infinita: qua cognita deus cognoscit lapidẽ ₇ omne cognoscibile quantũ ẽ cognoscibile. Scdo põt dici si ꝯcedat̃ q̃ subiectũ pmũ scie quã deus habet de creatura est creatura: q̃ scientia quam deus habet de creatura est finita virtualiter: licz sit infinita formaliter: ratio istius põt eẽ: qz illud nõ ꝯuenit deo vt infinitus est: q̃d posset sibi cõpetere ẽt si esset finitus sz deus posset habere sciam quã hz de creatura: siue de subiecto finito ẽt si eẽt finit⁹. ḡ. Põt igit̃ dici q̃ itellectus diuinus nihil agnoscit vt infinitus ẽ: nisi essentiã diuinã q̃ simpliciter ẽ ifinita: cetera vero: vtputa creaturas cognoscit nõ quidẽ vt infinitus: qz eaꝝ cognitio nõ repugnat sibi ẽt si eẽt finitus: sz vt finitus: nõ q̃dẽ formaliter: sz tñ virtualiter eo mõ quo i pcedẽti .q. extitit declaratũ ẽ maior repugnãtia q̃ scia dei sit infinita formaliter ₇ finita virtualr respectu alicu⁹ obiecti q̃z q̃ deitas sit infinita formaliter ₇ tñ finita virtualr in rõne obiecti sicut declaratũ ẽ supra. Põt ẽt dici tertio q̃ scia quã deus hz de creatura ẽ illamet quã hz de seipõ: ₇ ideo talis scia est ifinita nõ qz ẽ scia de creatura: sz qz ẽ de deo q̃ simplr ẽ infinit⁹. Ad secũdũ ꝯcedo: q̃ scia sic sortit̃ quãtitatẽ a subiecto q̃ tñ nõ ẽ eiusdẽ q̃titatis simplr cũ ipo qz nõ est tante pfectionis simpliciter si subiectũ ei⁹ est substãtia. imo si scia creature eẽt ifinita ad huc nõ equaret̃ in pfectione substãtie finite. ẽ tñ eiusdẽ q̃titat̃ pportionabilr. vt deductũ est sup. Et hoc sufficit ad hoc q̃ scia de infinito sit infinita i suo genere. ₇ ideo nõ sequit̃: scia de lapide nõ est lapis: igit̃ scia de infinito nõ est infinita qz poterit eẽ infinita ẽt si nõ sit eiusdẽ rõnis. nec equalis pfectionis simpliciter cũ ipõ: sed nõ poterit eẽ lapis nisi sit eiusdẽ rõnis ₇ equalis pfectionis simplicit. cũ lapide. Ad tertiũ dico: q̃ nãlis .3. phisi. nõ determinat de infinito quantũ ad q̃d rei sz quãtũ ad q̃d nois tñ. Et si determinaret de infinito quãtũ ad q̃d rei: adhuc nõ in quãtũ infinitũ siue sub rõne infinita: sz finita: qz infinitũ vt infinitũ ẽ ignotũ vt arist. demõstrat ibidẽ. p idẽ pz q̃d dicẽdũ ad cõfirmatõez qz lz arist. pbet. 8. phi. ₇ 12. metaphisice: deũ eẽ ifinitũ ex hoc tñ nõ sequit̃ q̃ determinet de deo vt infinitus ẽ: siue sub rõne infiniti. qz aliud ẽ cognoscere q̃ deus sit infinitus: ₇ aliud est ipm cognoscere sub rõne infiniti. vt declaratũ est supra. Ad q̃rtũ pz ex quarta cõclusione pmi articuli pcedẽtis ꝯclũsionis. q̃ de⁹ nullũ effectũ pducit vt infinit⁹ est siue sub rõne infiniti ₇ ista videt̃ snia beati Aug. 83 q. q. 9. d. q̃ alia rõne ꝯdu⁹ est hũ: ₇ alia rõne ꝯdu⁹ ẽ equus: q̃ nõ posset verificari si de⁹ vt de⁹: ₇ vt simplr ẽ infinitus, pduceret hoiez ₇ equũ: ₇ credo q̃ deus nihil pducit vt infinit⁹ siue sub rõne ifinita: nisi filiũ ₇ spm sanctũ q̃ sũt simplr ifiniti p idẽ pz q̃d dicẽdũ ad cõfirmationẽ.

Rño ad rõnes pncipales. *(margin: Rño ad argumẽ.)*


Ad pmã nego añs: qz sicut pz ex scda ꝯclone ex dignitate sbiecti necessario ꝯcindit̃ dignitas scie. ₇ ad pbatiõz q̃n dr: q̃ scia nõ specificat̃ a subiecto: si itelligat̃ itrisece sic verũ ẽ ad istũ sensũ: qz subiectũ nõ ẽ aliq̃d scie formalit̃ ₇ itrisece: si vero intelligat̃ extrisece ad istũ sensũ: q̃ alteri⁹ ₇ alteri⁹ sbiecti sz spẽz nõ ẽ necc̃° alia ₇ alia scia fm spẽz falsũ ẽ: oppositũ eni pz ex supdict̃. Et istud sufficit ad hoc q̃ scia dignitate ꝯsequat̃ regularit̃ ex subiecto. Et q̃ istud sit possibile pz i silĩ: qz ppria passio nõ semper specificat̃ a subiecto pmo mõ: cũ aliq̃ res sit distincta vt cõiter tenetur ₇ tñ specificat̃ scdo mõ: qz alteri⁹ ₇ alterius sbiecti ẽ alia ₇ alia passio fm speciẽ: ₇ ideo in ei⁹ diffinitiõe sppõnit̃ subiectũ loco differẽtie vt pz p arist. 7. metaphi. Ratio secũda ẽ p ꝯclusione quã teneo ₇ credo ipam ꝯcludẽ vt pz ex dict.

Expedit q̃stiõib⁹ ptinẽtib⁹ ad gen⁹ cause formal ₇ mãlis: restat inq̃rere de efficiente ₇ fine: verũ qz ꝺ efficiẽte nõ ẽ magna difficultas: qz nulli catholico dz eẽ dubiũ q̃n hec sacratissima doctrina sit diuinitus ĩspirata: iux̃ illõ pma petri pmo spũ scõ ĩspirati locuti sunt sci hoies. Idcirco dimissis q̃stiõib⁹ ad gen⁹ cãe efficiẽt ptinẽtib⁹ circa cãz finalẽ. *(margin: Questio. 9)*

Quero p̃º vtz finis pncipalit̃ intẽt⁹ i habitu theologico viatoris sit praxis vel speculatio. Et videt̃ q̃ q̃ speculatio: qz finis pncipalit̃ intẽt⁹ i theoᵃ viatoris ẽ credẽ. iux̃ illõ Jo. 1 hec scripta sũt vt credatis: credẽ aũt ẽ q̃ddã speculari cũ fidei succedat visio: ḡ ₇c. Cõtra finis pncipalit̃ intẽtus in theoᵃ viatoris ẽ dilectio: sz dilectio ẽ praxis nõ speculatio: vt pz ḡ ₇c. Juxta .q. erũt q̃ttuor articuli: qz pmo ponã aliq̃s terminoꝝ declaratiões. scdo ꝯclones. tertio mouebo dubia. ₇ vltimo rñdebo.

Articulus primus. *(margin: Artic. I)*

Quãtũ ad pmũ articulũ p̃º declarabit̃ q̃d praxis: scdo q̃d speculatio. Circa pmũ ẽ aduertẽdũ: q̃ praxis põt accipi q̃druplr cõmunissime: cõiter: pprie: ₇ magis pprie. Primo mõ: ois opatio cuiuscũq̃ virtut̃ põt dici praxis: siue sit libera: siue nãlis: siue sit agẽtis p cognitionẽ: siue nõ. rõ hu⁹ ẽ: qz praxis grece dr opatio latine: igit̃ de quocunq̃ opatio pdicat̃ ₇ praxis: vñ cõmentator i ethi. cõmẽto p̃ dicit q̃ lz praxis ₇ endelechia .i. act⁹ ₇ opatio sz appropatas significatiões distiguant̃: cõit̃ tñ accept̃ noib⁹ vnũ p altero ponit̃ idifferent. Secũdo mõ dr praxis nõ q̃cũq̃ opatio: sz extñs i ptãte volũtat̃: siue tal' sit act⁹ ei⁹ elicit⁹: siue ipatus: siue sit respectu finis: siue eoꝝ q̃ sunt ad finẽ. rõ h⁹ ẽ: qz ois opatio virtut̃ vl vitij ẽ vere praxis cõmẽtatore vbi sup dicẽte: dr rursus energia: ₇ sic praxis opus virtut̃ ₇ ꝯ͠tra õñs vitij. qz ꝯ͠ rõnez op⁹ virtut̃ ẽ praxis eadẽ ₇ op⁹ vitij: sz ois opatio extñs i ptãte volũtat̃ ẽ op⁹ virtut̃ vel vitij: qz ois tal' põt eẽ virtuosa vel vitiosa: igit̃ ois talis ẽ vere praxis: dũ tñ quãtũ ad illud p q̃d formalit̃ ẽ virtuosa vel vitiosa i gñe moris sit i ptãte volũtat̃. Tertio⁹ accipit̃ p̃ris pp̃e ₇ sic dr praxis opat o extñs i ptãte volũtat̃ nõ q̃cũq̃: sz electiua tñ: vel sequẽs electiõẽ hec ẽ expssa snia phi. 6. ethi. vbi vult: q̃ ois act⁹ human⁹ q̃ pp̃e hz rõne p̃ris ẽ electio vl sequẽs electiõz. Et sic cõmẽtator loq̃tur: vbi sup. d. p̃rizãt cõsueuerũt trãsferre i actũ q̃ ẽ sz electionẽ. Et lz p̃ris pp̃e dicat̃ tã ꝺ opatiõe q̃ sequit̃ electionẽ q̃z ꝺ electiõe ipsa: qz electio vt pz ibidẽ ẽ pnᵐ actuũ humanoꝝ laudabiliũ ₇ vituperabiliũ de vtroq̃ tñ dr pp̃e: vt pz p arĩ. Quarto mõ accipit̃ magis pp̃e ₇ ppriissime: ₇ sic p̃ris dr opatio extñs i ptãte volũtat̃ electiua vl sequẽs electõz: ñ q̃cũq̃ lz alic⁹ potẽtie q̃z itellect⁹ rõ h⁹ ẽ qz itellect⁹ extẽsiõe fit ptic⁹ ex .3. d'ia. igit̃ illa tñ opatio ad quã extẽdit̃ itellect⁹ ẽ p̃ris ppriissime ₇ strictissime. sz stãdo p̃ise i actib⁹ itellect⁹ nulla ẽ extẽsio itellect⁹: qz nõ tẽdit ex̃ se nisi vt act⁹ eius tendit respicit actũ alterius potẽtie: igit̃ solus actus itellect⁹ ẽ p̃ris ppriissime: dũ tñ sit i ptãte volũtat̃ ₇ sic electio vl sequẽs electõz: h ad ppoᵐ applicãdo dico: q̃



praxis a qua proprie dicitur habitus vel scia practica: quia sic ad pñs loquor de pctica nõ est pris sumpta primo modo: nec scđo nec tertio rõ huius est: quia prãs sic sũpta distinguitur a speculatione: quia nulla scia a speculatione dicitur practica: accepta aũt primo mõ vel secũdo vel tertio nõ distinguitur ab ipa. Nõ quidem accepta pmo mõ: quia sic ois operatio cuiuscũqz virtutis dicitur pxis: speculatio aũt ē operatio virtutis intellective. Nec scđo: quia sic ois operatio existẽs in ptãte voluntatis dr pxis: cõstat aũt q speculatio existit i ptãte voluntatis: quia speculatio est quedaz intellectio intelligẽ aũt põt hõ cũ voluerit: scđo de aia. Nec tertio quia sic omnis opatio electiua vel sequẽs electionẽ est vere praxis. sz de speculatiõe põt eẽ cõsiliũ: et respectu eius et electio. igitur pura speculatio põt eẽ praxis isto mõ praxis: g. a q propriẽ dicitur hitus vel scia practica nõ ē praxis sũpta aliquo istorũ modorum. Restat g p locũ a sufficiẽti diuisiõe q a praxi quarto mõ dicta dicatur scia practica quõ pz ẽt ex duobus. pmo sic quia distinguitur a speculatõe vt pz. secũdo quia p extẽsionez ad ipam intellectus dicitur pcticus: vt pz ex dictis igitur et habitus vel scia. praxis igitur vt de ea loquimur ad presens ē operatio alterius potẽtie intellectus electiua vel sequẽs electionẽ: nata elici cõformit rõni recte ad hoc q sit recta: p primũ excludit ois operatio intuitiua quia ad ipam proprie non extendit intellectus et sic speculatio. p secundũ excluditur omnis opatio cuiuscũqz potentie: q nõ est electio vel sequẽs electionẽ de qbus dicitur infra: p tertiũ describit prax o bona vel virtuosa nõ vitiosa quia vitiosa nõ nata ē elici cõformit rõni: sz diffor mit rõni recte vel cõformit rõni erronee

Contra. ocham. Contra descriptionem quam dat ocham de praxi in plo. pmi. q. ar.

Ex his infero aliquas cõclusiones correlarias Prima ē q illa descriptio praxis ē impropria q dicitur q praxis ē omnis opatio exñs in potestate voluntatis cõsiderata ab intellectu respectu cuius est electio voluntatis: hoc patet pmo: quia praxis sic dicta dicitur de opatiõe intellectus etiã p eos: cuius oppositũ patet ex dictis. Secundo quia illa descriptio praxis ē impropria p quã praxis nõ distinguitur a speculatiõe: quia speculatio vt nõ loquimur nõ ē praxis: alit scia speculatiua esset vere practica: quod nihil ē dicere: hec aũt ē talis: quia speculatio ē in potestate volũtatis: et põt esse cõsiderata ab intellectu et respectu ipius põt eẽ electio igitur et c.

Contra. fran. Cõtra descriptionẽ frãcisci i plo i q. 9. ar. i.

Secũda ē q etiã illa descriptio ē nulla: qua dicitur q praxis ē opatio intellectus regulabilis a rõne recta: hoc patet pmo: quia aliqs actus intellectus põt p aliũ actũ intellectus aliquo mõ dirigi regulariter alit logyca non dirigẽt nos in actibus discurrẽdi: et tñ nullus ē vere praxis etiã p eũ ibidez. Secundo: quia nõ ois praxis est regulariter a rõne recta: praxis enim vitiosa nõ elicitur cõformiter sed difformiter rõni recte Nec valet si dicatur q diffinit pris bona: vel virtuosa: nõ vitiosa: quia tũc deberet dici q pris ē opatio regulabil a rõe recta ad hoc q sit recta: et sic de praxi virtuosa fieret mentio.

Contra. scotũ. Cõtra descriptionẽ scoti in plo. i. q. vlti. art


Tertia ē: q illa descriptio praxis e simpliciter insufficiẽs: qua dicitur q praxis ē actus alterius potẽtie q intellectus: natura liter posterior intellectiõe: nata elici conformiter et c. hoc patet: quia illa descriptio ē insufficiẽs que nõ conuertitur cũ descripto: talis ē ista: ergo. pbatur minor quia nulla opatio ē proprie praxis nisi sit electio vel sequẽs electionẽ: vt patet p aristo. sz aliqua operatio que nõ ē electio nec sequens electionẽ ē alterius potentie q intellectus naturaliter posterior intellectiõe: nata elici cõformit et c. sicut patet de appetitu finis imo de oi opatiõe circa ipm finẽ igitur nõ ois opatio alterius potẽtie q intellectus naturaliter posterior intellectõe nata elici et c. et hoc patet: q illa descriptio ē insufficiẽs que nõ cõuertitur cũ descripto talis ē illa: igitur minor pbatur quia nulla opatio ē proprie praxis: nisi sit electio vel sequẽs electione: vt patet p aristo: sz aliqua que nõ ē electio vel sequens electionẽ ē alterius potentie quia intellectus naturalit posterior intellectiõe nata elici cõformit et c. sicut patet de appetitu finis imo de omni opatione circa ipm finẽ ergo nõ omnis opatio alterius potẽtie q intellectus naturaliter posterior intellectõe et c. e pp̃e pxis nec p pñs descriptio cõuertitur cũ descripto. Et vlterius lz p ma cõditio huius descriptiõis sit vera: oppositum tñ põt ostendi ex dictis huius doctoris: pmo: quia sequitur p eum in eadem questione: intellectio ē imperata a voluntate: igitur ē praxis vel practica: sed aliqua intellectio potest esse impata a volũtate et tñ nullo mõ potest esse practica. Preterea: omnis operatio ad quam inclinat virtus appetitiua est vere praxis per eum ibidem imo per hoc pbat dilectionem finis esse praxim: sed ad operationem aliquam intellectiuaz inclinat virtus appetitiua: quia ad virtuose studendũ vel speculandũ inclinat amor habitualis qui est virtus appetitiua: etiam p eũ. Et cõfirmatur: quia ad speculandum vel virtuose studendum potest aliquis inclinari sui imperium volũtatis nõ minus q ad ieiunandũ vel celebrandũ: ergo talis cognitio vere erit praxis et in his iste doc. videtur cõtradicere sibi. Sed cõtra descriptionẽ p me datã quãtũ ad pmã eius cõditionẽ q dr q praxis ē opatio alterius potẽtie q intellectus arguitur sic.

Ocham i. plo. i. q. i. de pctico et speculatiuo ar. i. Ocham

Omnis opatio de qua fiunt de subiecto est notitia practica est praxis quia notitia practica dicitur in extensione ad praxim: sed de speculatiõe et actu intelligendi est notitia practica: et hoc est intelligẽdum de opibus que sunt in potestate nostra: g ipa intellectio ē praxis. Preterea: omnis opatio sequens electionẽ ē praxis: sed actus intelligendi sequitur electionẽ et cõsilium: põt enim aliquis consiliari an debeat studere vel nõ: et postea eligere studere: igitur istud studiũ sequens cõsilium et electionẽ vere praxis ē. Preterea: omnis actus intelligẽdi qui ē directiuus alterius actus mediãte actu volũtatis ē practicus: et actus directus ē praxis: sed vnus actus intellectus vere dirigit aliũ actũ mediãte actu volũtatis: ergo pmus dirigẽs vere erit practicus: et alius directus vere erit praxis. maior est manifesta: quia talis actus vere extendit ad aliũ dirigendum p qm̃ minor patet: quia dictamẽ quo dictatur p q loco et tpe ē studẽdũ i theo vl alia facultate vere dirigitur mediãte actu volũtatis: põt enim volũtas cõformiter impare istud studiũ sic dictatum p ipsum intellectũ: igitur et c. Rñõ ad rõnes ocham.

Rñõ ad ocham.

Ad pmũ patet: q improprie loquitur de praxi: quia ratio pbat q pure speculatio sit vere praxis: proprie igitur nõ loquitur de praxi vt ab ea distinguitur scia practica: dicendũ igitur q minor ē falsa: alit et naturalis phia que cõsiderat de actibus intellectus: vt patet 3. de aia eẽt scia practica cõtra phim. Et ad pbatione dico q de oibus que sunt in potestate volũtatis ad que intellectus põt extendi ē notitia practica nõ autem de operibus vel actibus ad que vl ad quos non extenditur intellectus: quia intellectus vt pz extensione fit practicus: ad actus autem intelligendi



⁊ ꝑsertim ad speculationē nō extēdit intellectus: vt dictū ē supra. Ad secūdū pꝫ: ꝙ loquit̄ d̄ praxi tertio mō dicta nō quarto: qꝛ sic nō oīs opatio electiua vel sequēs electionē ē praxis: vt pꝫ ex dictis. ⁊ ideo nō ē ad ꝓpositū: qꝛ equiuocat̄ d̄ praxi. Ad tertiū dicēdū ꝑ interemptionē maioris: qꝛ nō omnis actus intelligēdi qui ē directiuꝰ alteriꝰ mediante actu volūtatis ē practicus: nec actus directus est praxis: vt nunc loquimur de praxi: nisi actus directiuus sit alterius potentie ꝙ̄ intellectus: ⁊ sic electiuus vel sequēs electionē: alit̄ logyca eēt practica: qꝛ dirigit nos in actibus discurrēdi: qḋ cōit̄ nō tenet̄. Et ad ꝓbationē qñ dicit̄: ꝙ talis actus vere extēdit̄ ad aliū dirigēdū: dicēdū: ꝙ talis extēsio actus nō sufficit ad hoc ꝙ actus directiuus sit practicus. ⁊ actus directus sit praxis vt loquimur. sꝫ requiritur extensio ipius intellectus que nō ē possibilis stādo ꝑcise in actibus intelligēdi. Ex his p̄missis patet: qd̄ sit praxis: vt de praxi loquimur ad p̄sens: ⁊ hoc de p̄mo termino. De secundo dico: ꝙ speculatio a qua ꝓprie dicit̄ habitus vel sciā speculatiua: qꝛ sic d̄ speculatiōe loquor ad p̄sens ē opatio intellectiua: que nō ordinat̄ ad aliquā opatiōē regulādā que vere sit praxis: sꝫ ē sui grā per p̄mū excludit̄ oīs opatio alteriꝰ potētie ꝙ̄ intellectus: ⁊ sic praxis: ꝑ secundū oīs notitia practica: qꝛ oīs talis dicit̄ practica a praxi ad quā ostēditur vel ordinat̄: ꝑ tertiū ostēdit̄ ꝙ eius finis ē scire tm̄: nō opari. Sed cōtra descriptionē istā: ⁊ ꝑsertim quantū ad tertiā eius partē pōt argui p̄mo sic: qḋ ē sui grā nō ordinat̄ sic ad aliū finē: sꝫ qḋ nō ordinat̄ ad finē ē vltimus finis: igit̄ qḋ ē sui grā ē vltimus finis: sꝫ speculatio nō ē vltimꝰ finis igit̄ nō ē sui grā. Preterea nō oīs habitꝰ speculatiuus ē sui grā: sꝫ solus metaphisicus: dicēte phō in ꝓhemio metaphisice: ꝙ hec sola libera ē sciarū: sola nāqꝫ hec sui met est causa: igit̄ nō oīs speculatio erit sui grā: sꝫ sola metaphisica. Preterea sicut se habet habitꝰ ad habitū: sic actus ad actū: sed oīs habitus siue sit practicus siue speculatiuus ad theologiā ordinat̄ tanq̄ ad finē: ergo oīs speculatio ⁊ oīs praxis ad speculationē vel opationē theologie ordinat̄: igit̄ nulla earū ē sui grā. Preterea speculatio ordinatur ad vltiorē opationē tanq̄ ad finē: igit̄ nō ē sui grā: pꝫ pña: ans ꝓbat̄: qꝛ oīs opatio potētie inferioris ordinat̄ finalit̄ ad opationē potētie supioris. 7. phi. semꝑ enim qḋ ē deterius maioris ē grā: sed voluntas ē superior intellectu: igit̄ oīs opatio intellectiua ordinat̄ finaliter ad opationē volūtatis. Pro solutiōe istarū rationū ē aduertēdum: ꝙ speculatio nō dicit̄ sui grā simpliciter: qꝛ qḋ sic ē sui grā ē vltimus finis omniū ⁊ sic solus deus ē sui grā: sꝫ dicit̄ sui grā sm̄ qd̄: qꝛ vꝫ nō ordinatur ad aliquā opationē dirigendam ⁊ regulandam que vere sit praxis. His p̄missis dicēdū ad p̄mū: ꝙ illud qḋ ē simpliciter sui grā nō ordinat̄ ad finē sm̄: speculatio aūt nō est simpliciter sui grā sed sm̄ quid. Ad secundū dico: ꝙ sola metaphisica dicit̄ sui grā: nō qꝛ ipa sola nō ordinat̄ ad opationē aliquā dirigendā que vere sit praxis: sed qꝛ ad ipam tanq̄ ad pfectiorē omnes alie ordinant̄ ipa aūt nō ad aliā: ꝑ idem patet qd̄ dicendū ad tertiū. Ad quartū: dicerent aliqui ꝙ actus intellectus est pfectior actu voluntatis: nō igit̄ ordinat̄ ad ipam: sed econtra: hoc tamē nō credo verum. ⁊ ideo cōcedo ꝙ speculatio ⁊ omnis actus intellectus ad actū aliquē volūtatis finaliter ordinatur nō tm̄ ad ipm dirigēdum vel ordinandum: ⁊ ideo nō sequitur ꝙ sit sui grā: vt nunc loquimur: ⁊ hoc de primo.

Secundus articulus. Articu. 2

Quantum ad secundū articulū pono quattuor cōclusiōes: p̄mitto tamē ad earū euidentiam: ꝙ theologia viatoris potest accipi. Uno mō ꝑ habitu vnius cōclusiōis theologice tm̄. Alio modo ꝑ habitu omniū cōclusionū ptinentiū ad ipam: sicut i questione de subiecto dicebat̄. Et intelligo. q. de theologia secundo modo dicta. qꝛ sic doctores cōiter querunt de fine theologie: Ratio huius est qꝛ posito ꝙ finis imediatus vnius cōclusiōis theologice sit praxis: ⁊ aliꝰ speculatio: adhuc isti fines habent p̄scē ordinem inter se: vel ad vnū tertiū qui p̄ncipaliter in toto habitu theologico intēditur: ⁊ de tali ꝓponitur p̄sens questio. His p̄missis prima cōclusio est: ꝙ actus voluntatis circa finem nō est ꝓprie praxis: sed circa ea tm̄ q̄ sunt ad finem. Ista cōclusio sequitur ex supradictis: qꝛ omnis actus q̄ ꝓprie habet rationē praxis est electio vel sequens electionem sicut patet ex articulo p̄cedenti: sed volitio finis nō est electio nec sequitur electionem: ergo. minor ꝓbatur p̄mo: qꝛ volitas est finis: electio autem eorū que sunt ad finem vt patet ꝑ phm̄. 3. ethi. Secūdo quia electio sequitur consilium: consilium autem nō est de fine: sed de his que sunt ad finem consiliamur enim non de finibus: sꝫ de his que sunt ad finem sm̄ aristo. vbi supra: igit̄ respectu finis non est electio nec ꝑ cōsequens actus qui sequitur electionem: sed respectu eorū que sunt ad finem tm̄. Secunda conclusio est: ꝙ dilectio dei meritoria non est ꝓprie praxis. Ista conclusio sequitur ad p̄cedentem: qꝛ dilectio dei meritoria est actus voluntatis circa finem: non circa ea que sūt ad finem. Et cōfirmatur quia nulla opatio q̄ ē simpliciter pfectior quacūqꝫ speculatiōe est ꝓprie praxis: qꝛ a quacūqꝫ notitia practica aliqua speculatio est pfectior: ⁊ quacūqꝫ praxi aliqua speculatio ex ꝓhemio metaphisice: sed dilectio dei meritoria est simpliciter pfectior quacūqꝫ speculatione: saltē ꝓ statu vie: ergo ⁊c. Preterea omnis actus virtuosus que ꝓprie habet rationem praxis est in potestate voluntatis quantum ad illud ꝑ quod formaliter est virtuosus: sed dilectio dei meritoria nō est potestate voluntatis: vt meritoria ē: siue quantum ad illud ꝑ quod veraciter est meritoria igit̄ ⁊c. maior patet ex supradictis: minor ꝓbat̄: qꝛ dilectio dei ex sola acceptatiōe diuina ē meritoria: hoc aūt vt patet nō ē in potestate volūtatis. Et confirmatur ista ratio: qꝛ omnis actus qui ꝓprie habet rationē praxis ante inquisitionē vl̄ infusionē habitus: est i potestate voluntatis: patet in omnibus inductiue: sed constat ꝙ dilectio dei meritoria ante infusionē habitus charitatis nō ē i potestate volūtatis: alit̄ ex puris naturalibus possemus mereri vitā eternā qḋ est error pelagii: ergo ⁊c. Nec valet si dicat̄ ꝙ maior est vera de omni praxi quā phi cognouerūt: nō aūt de ista qꝫ nō viderūt: qꝛ sic dicēdo cōcedit̄ ꝙ dilectio dei nō ē praxis eo mō quo phi loquūtur de praxi: ⁊ hoc intēdimus. Nec valet vlterius si dicat̄ ꝙ lꝫ ante infusionē habitus charitatis dilectio dei meritoria nō sit in potestate volūtatis: post infusionē tm̄ ipius in potestate nostra ē. Primo qꝛ cōcesso q̄ď assumit̄: nō soluit̄ rō qꝛ praxis vt de ea loquunt̄ phi nō solum post acquisitionē habitus: sꝫ etiam ante est in libera potestate volūtatis. Secūdo: qꝛ etiam posito habitu charitatis infuse ad hoc ꝙ dilectio dei sit meritoria requiritur acceptatio diuina: que nō est in potestate nostra: nec habitus charitatis necessitat voluntatē diuinā ad acceptādū actū meritoriū: nisi ex ordinatiōe diuina vt



concl'o. 3

suppono ad presens: igitur rc. Tertia cōclusio ē: q̄ finis pncipalit̃ intentus in habitu theologico viatoris ē dilectio dei meritoria. Pbatur pmo sic: nobilissima operatio ad quā theologia p statu vie finaliter ordinat̃ ē finis pncipalit̃ intentus in hītu theologico viatoris: dilectio dei meritoria ē hmōi. g̃: maior pz. q2 si det̃ oppositū: sequitur q̄ theologia i nobis n̄ sit scia nobilissima: q2 illa erit nobilior: cui' finis pncipalit̃ intent' ē hmōi operatio nobilissima. Minor hz duas ptes. pma ē q̄ theologia p statu vie sicut ad fine ordinat̃ ad dilectionē dei meritoriā. Et ista probat̃ pmo sic: sacra scriptura r pcepta diuina ad eūdē finē ordināt̃ p statu vie: hoc pz: q2 tā scriptura sacra q̄ pcepta diuina ordināt̃ vltimate ad beatitudinē ꝯsequēdā. igit̃ finis pcepti ē finis scripture sacre saltem p statu vie. sz finis pcepti ē charitas: sicut pz p apposto|ū pma ad thi. p. g̃ rc. Scd'o sic. q̄ diligit deū r pximū legē iplet. igit̃ finis legis: r p ꝯñs sacre scripture ē dilectio dī r pximi. Cōña pz. q2 plenitudo legis est dilectio ad ro. 13. Cōña pbat̃: q2 sicut finis pcepti: ē adimpletio pcepti sic finis legis ē ipletio legis. Tertio sic q2 finis pcepti ē finis scripture sacre sicut pz ex rōne precepti et finis precepti est plenitudo legis. g̃. Istā rōnez tā-git beat'. Aug: de laude charitatis in pncipio smonis. vbi sic ait. diuinaꝝ scripturaꝝ multiplicē habundātiā latissimamq3 doctrinā3 sine vllo errore cōprehēdit r sine vllo labore custodit' cuius cor plenum ē charitate: dicēte aplo plenitudo aūt legis charitas. Et alio loco finis aūt pcepti charitas de corde puro r ꝯscia bona. r fide nō ficta. q̄d ē aūt pcepti finis nisi pcepti adipletio. nisi legis plenitudo. q̄d g̃ dixit plenitudo legis charitas. hoc ēt h dixit finis pcepti charitas. hec aug. Ex q̄b' verbis euidenter apparet q̄ finis sacre. scripture sit dilectio q2 ipsa ē finis pcepti r legis plenitudo. Tertio sic illa doctrina q̄ nobis ad hoc pponit̃ itueāda: vt p ip3 deus grat̃ r diligat̃ ad dilectionē dei ordinat̃ sicut ad finē. oppositū pti infert oppositū subiecti. theologia ē hmōi vt pz p b. Aug. secūdo de tri. c. 2. vbi sic ait. Nō erro ad inqrēdā substātiā dei siue per scripturā eius siue per creaturā3 que vtraq3 nobis ad hoc pponitur intuēda: vt ipa q̄ratur ipse diligat̃. g̃.

Secūda pars illi' minoris ē: q̄ dilectio dei meritoria p statu vie ē nobilissima hoīs operatio r hec communiter est concessa: quia sicut se hz habit' ad habitū: ita actus ad actum. sz habit' charitatis saltē p statu vie est nobilissim'. quia nobilior nobilib' dicēte aplo. 1 ad corin. 13. nūc autē manent fides: spes: charitas: tria hec: maior aūt horū est charitas. g̃ pz ista minor: r p ꝯsequēs illa tota rō ꝯfirmatur: quia tota sacra scriptura ad fidē spē. r charitatē p statu vie finalit̃ ordinat̃. sic pz p b. aug. 8. de tri. c. 16. de par. vbi sic ait. vbi sūt n. illa. tria ppter q̄ in animo edificāda oium diuinorū librorū machinamēta cōsurgūt: fides: spes: charitas: nisi in aīo credēte. qd nūdum videt r sperāte atq3 amāte qd credit. sz ꝯstat q̄ maior istorū triū ē charitas siue dilectio: vt pz per aplm iam allegatū: igit̃ ad ipsam sicut ad finē pncipalē r pncipalit̃ intētū tota scripturā sacra ordinat̃. saltē pro statu vie. Secūdo ad pncipale sic: illa operatio p quā viator perfectius r intimius coniungitur ipi deo est finis pncipalit̃ intent' i habitu theologico viatoris: dilectio dei meritoria est hmōi: ergo maior patet ex duobus pri-mo: quia tota sacra scriptura finaliter ordinat̃ ad perfectam vnionem hominis cum deo. Secūdo: quia omnis habitus ordinatur sicut ad finem principaliter intentum ad illum actum p quem poten-tia diuina pfectius vnitūr r coniungitur subiecto cuius habitus: minor autem est nota: quia de' charitas est: qui manet i charitate in deo manet: r de' i eo. vñ be. aug. de laude charitat̃ circa pn̄m. Nec dubitari vllo mō pōt q̄ templū dei sit hō: in quo habitat charitas' dicit enī3 Jo. charitas ē de'. g̃ rc.

Tertio sic: habitus theologicus viatoris ordinatur vltimate ad eternā beatitudinē consequendā: sic pater per be. aug 14. de tri. c 1. igitur illa opatio est finis pncipaliter intentus in ipo per quā hmōi habitudo acquirit̃ pncipaliter: sed hec est dilectio dei r pximi: nō est dubium: dicēte aplo. 1. ad corin. 13. Si linguis hominū loquar r angelorū: charitatē aūt nō habea3 rc. super quo verbo dicit glo. pbat q̄ charitas sit excellētior aliis: q2 alia nō valent sine ea: r ipa sine eis valet. vnde be. aug. 15 de tri. c. 49. nullū est isto dei dono excellentius solum est qd diuidit inter filios regni eterni: r filios perditiōis eterne. Et subdit imediate dant̃ r alia p ip̄m i misericordia: sz sine charitate nihil psūt nisi ergo tm̄ ipartiatur cuiq3 spūs sanctus: vt eum dei r pximi3 faciat amatorē a sinistra nō trāsfert̃ ad dextram. Et quibusdā paucis interpositis cōcludit quātū3 ergo bonū est sine quo ad eternā vitā neminē cetera bona inducunt. Ex quibus apparet: q̄ per dilectionē dei r pximi: eterna beatitudo acquirit̃ pncipaliter: ergo rc. Ista cōclusio potest multis auctoritatibus cōfirmari. Primo auctoritate illa vulgata be. aug de laude charitatis' r ponit̃ in glo. super illo verbo pma ad thi 1 finis pcepti charitas. vbi sic inquit aug. totā magnitudinē r amplitudinē diuinorū eloquiorū secura possidet charitas q̄a deum r pximūq3 diligimus' que radix est omniū bonorū: vnde in his duobus pceptis tota lex pēdet r pphete: si ergo nō vacat omnes paginas scās pscrutari: omnia volumina sermonum euoluere: oīa scripturaꝝ secreta penetrare: tene charitate vbi pendēt oia: q2 finis omniū3 ē dilectio dei r pximi. hec aug. Secūdo aucte eiusdē p̄ d' doctrina xpiana. c. 49. vbi sic ait: omniū3 igit̃ que predicta sunt ex quo de rebus tractamus: hec summa ē vt intelligatur leg's r omniū3 scripturaꝝ diuinaꝝ plenitudo r finis ē dilectio rei qua fruendū ē: r rei que nobiscū ea re frui pōt. Ex his r multis silibus que pñt adduci pz: q̄ finis toti' scripture sacre saltē p statu vie: ē dilectio dei r pximi: r nō ē finis alteri' pncipalior subordinat': vt pz ex supradictis: ergo rc.


Quarta ꝯclo ē: q̄ finis pncipalit̃ intentus in habitu theologico viatoris nō est praxis nec speculatio. Ista ꝯclo sequit̃ ex pcedētib' q2 finis pncipalit̃ intētus in theologia viatoris' ē dilectio dei meritoria' ex ꝯclone pcedēti: r dilectio dei meritoria nō ē pprie praxis' sicut pz ex secūda ꝯclone: r certū ē q̄ nō ē speculatio cū sit actus volūtatis: nō intellectus: ergo r hec de secūdo. concl'o. 4

Tertius r quartus articulus. Artic. 3. r. 4.

Quātū ad tertiū r quartū articulū simul mouenda r dissoluēda sūt dubia. Et pmo contra primā ꝯclonē quidā doc. arguit pmo sic.

Scotus in plo pmi. q. 4. Scotus

Ad pmā igit̄ istarū posset dici q̄ vnus deus cognoscit alium perfectissime nō quidez extra se q2 deus nihil cognoscit extra se sz arist. 12 metaphisice: sz in seipso ɔcederet̄ ergo q̄ vnus deus cognoscit alium nō quidem per essentiam dei cogniti sed cognoscentis. Et ad probationem qn̄ dicit̄ q̄ nihil cognoscit̄ perfectissime nisi cognoscat̄ per eēntiam suam vel per aliquid includens essentiam suam perfectius q̄ ipsa sit in se ipsa: negatur quia lz quod cognoscit perfectius q̄ in seipso necessario cognoscat̄ per aliquid representans essentiam suam perfectius q̄ ipsa sit in se ipsa sicut patet de cognitione qua creatura cognoscitur in verbo: ad cognoscendum tamen aliquid ita perfecte sicut cognoscitur in seipso sufficit q̄ cognoscat̄ per aliquid representans essentiam suam ita perfecte sicut ipsa est in seipsa z sic esset i proposito: Posset etiam cōcedi q̄ vnus deus cognoscit alium per essentiā dei cogniti. Et quando dicitur q̄ omnis actus cognoscendi qui non est idem obiecto est posterior obiecto: nō e verum si sit idem alteri obiecto: qd nō est posterius illo z sic esset in proposito. Ad secundum si dicitur q̄ deus nihil cognoscit extra se: sine per essentiam alterius: sed omne cognoscibile cognoscit per essentiā propriam. dicet̄ q̄ lz deus vnica intellectione cognoscit seipsum: z alium deum si ponat̄: actus tn̄ cognoscendi ipsius nō habet duo obiecta adequata sed vnum scilicet essentiam propriam: quia illud solum est obiectum adequatū intellectus in quo perfectissime cognoscit omnia. Et ideo multi dicunt bene z credo q̄ sola essentia diuina est obiectum adequatum intellectus diuini de facto: lz perfectissime cognoscit creaturas existentes z possibiles que nō sunt ipse. Si vero ɔcedat̄ q̄ vnus deus cognoscat alium per essentiam alterius dicet̄: q̄ nullus eorum ē obiectū adequatū sue intellectōis: sed ambo vel aliquid cōe eis: sicut nūc a multis ɔcedit̄ q̄ essentia diuina nō est obiectum adequatū intellectus diuini sed aliquid cōe deo et creature: qd cognoscit vtrūqz. Ad tertiū ɔcederetur q̄ volūtas vni' dei diligit aliū infinite. Et qn̄ dicit̄: q̄ quilibz nālr plus diligit suū esse q̄ alterius cui nihil ē nec vt pars nec vt effectus: dicendū q̄ nō est verū in natura pfectissima q2 in statu beatifico pp ei' pfectionē tn̄ gaudet quilibz beat' de bono alterius quātuz de proprio: z p ɔns tn̄ diligit ipm: lz ꝗ sit aliqd ei' nec vt pars nec vt effect': io volūtas ipsius dei cū sit pfectissima: tn̄ diliget alterum sic seipz. Ad 4. ɔcedo: q̄ si eēnt plura necē eē: aliqbus pfectōnib' realib' distinguerent̄: q2 se totis distinguerent̄ i effectu: q̄ nec realitas vni' eēt realitas alteri': z tn̄ se totis ɔuenirēt i ɔceptu: nec illud est aliqd inɔueniens: q2 si deus faceret duos angelos vel duas aīas sine omni actualitate: qd multis videt̄ possibile se totis distinguerent̄ in effectu

⁊ se tota conuenirent in cōceptu sequeretur ꝙ ista duo distincta per .a. ⁊ .b. sunt formaliter necesse esse per .a. ⁊ .b. Et quando dicitur ꝙ per hoc vtrumqꝫ est necesse esse illud in quo conuenit cum alio nō est verum quia per .a. ⁊ b. distinguuntur ista duo necesse esse realiter ⁊ effectiue ⁊ conueniret in cōceptu nec inter ipsa esset aliqua conuenientia alia. Et potest reduci ratio contra eum quia sicut illi duo dij conuenirent in necesse esse: ⁊ differrent suis proprijs rationibus: ita deus ⁊ creatura conueniunt in entitate: ⁊ differunt suis proprijs rōnibus realiter sunt ille .a ⁊ b tunc quero: aut deus ⁊ creatura distincta per .a. ⁊ b. sunt formaliter .a. ⁊ .b aut nō. si nō igitur a non est formalis rō essendi nec .b. igitur deus includens alterum istorum nō est ens. Primo quia includit aliam rationem que nō est formalis rō essendi si sic ⁊ propter hoc vtrumqꝫ habet ꝑ illud in quo conuenit vnum cum alio: igitur vtrumqꝫ habet in se duas rōnes quantum qualibet vtrumqꝫ est formaliter ens: sed hoc est impossibile per deductionem suam procedendo: sicut ipse procedit igitur ⁊c. Dimissis igitur istis rōnibus probo cōclusionem aliter. Primo sic si sunt duo vel plures dij aut vnus eorum pōt sine alio quicquid pōt simul cum illo aut nō. si nō igitur nō est ex se sufficiens nec simpliciter ⁊ vniuersaliter perfectus: imo recipit perfectionem ab alio: ⁊ per consequens nō est deus. si sic igitur alter eorum superfluit: quia ipso circumscripto nihil minus pōt fieri in vniuersitate entium ⁊ alius sufficit per se solus igitur nō est deus. Et confirmatur quia si sunt duo dij vel omnis perfectio que est in vno est in alio: vel nō. si detur primum: cum in vno esset omnis perfectio esset per se sufficiens sine alio: ⁊ per consequens alter superflueret. si detur secundum aliqua perfectio deesset vni quam haberet alter: igitur ille nō esset summe perfectus: nec per se sufficiens: ⁊ per consequens nec deus. Istam rationem reputo concludere: quia si essent duo dij vel vnus eorum nō esset per se sufficiens vel alter eorum esset superfluus: quorum quodlibet est impossibile: ⁊ tangit eam magister di. sequenti. c. penul. vbi sic ait: mens itaqꝫ rōnalis intelligit vnum esse deum vnam essentiam: ⁊ vnum principium. intelligit quoqꝫ quia si duo essent vel vterqꝫ sufficiens esset vel alter superflueret quia si aliquid deesset vni quod haberet alter nō esset ibi summa perfectio. si vero vni nihil deesset quod haberet alter cum in vno essent omnia: alter superflueret. Secundo sic ⁊ est quasi confirmatio precedentis rōnis: si essent duo dij essent duo fines: aut enim quilibet per se finiret totam entium coordinationem: aut vnus vnam partem ⁊ alter alteram. si detur primum: remoto vno eorum adhuc etiam perfecte terminata esset ad aliud igitur ille qui fuit remotus superfluebat in hac terminatione: ⁊ per consequens nō erat deus si detur secundum adhuc idem sequitur quia qui non est per se finis totius coordinationis entium nō est simpliciter ⁊ vniuersaliter perfectus nec est id quo maius cogitari nō potest igitur nō est deus: Et confirmatur: quia si vnus finiret vnam partem ⁊ alter alteram: entia nō essent connexa: ⁊ sic tolleretur ordo ⁊ perfectio vniuersi: vnde philosophus concludit .12. meta. ꝙ est vnus princeps ⁊ vnus finis: quia entia nolunt male disponi. Et confirmatur quia nō est ponenda pluralitas saltem in primo sine necessitate: sed nulla necessitas est ponendi plures deos. quia vnus eorum sufficeret sine ceteris ⁊ posset quicquid posset cum alijs alioquin non esset vniuersaliter perfectus ⁊ per consequens nec deus igitur ⁊c. Tertio sic: si sint plures dij aut sunt equales perfectionis entitatiue aut nō. si nō alter eorum est perfectior. ⁊ per consequens minus perfectus nō erit deus. si sic igitur sunt eiusdem speciei. quia sicut determinat beatus aug. 3. de libero arbitrio. c. 21. equalitas perfectionis aliquarum rerum illas eiusdem speciei esse conuincit. vnde si luna equaretur soli in perfectione nō esset sol ⁊ luna sed duo soles: vt patet ibidem. Idem etiam patet per philosophum .7. meta. quia species plurificabiles in indiuiduis quantum est ex se cōpatitur infinitatem indiuiduorum tum quia nō determinatur ex se ad certum numerum indiuiduorum sicut patet in omnibus speciebus corruptibilibus. tum quia cum communicatio sit eiusdem rationis poterit communicari infinitis. igitur qua ratione sunt duo dij possunt esse infiniti ⁊ si possunt esse infiniti sequitur ꝙ sunt infiniti: cum deus sit a se ⁊ necesse esse hoc autem est absurdum ⁊ impossibile: vt patet. ergo ⁊c hec est expressa sententia anshel. monolo. c. 2. 3. 4 ⁊ .5. vbi per plures rationes reputat se demonstrare deum tantum vnum. hec est etiam intentio damas. libro primo capitulo. Et si dicatur ꝙ rationes eorum non demonstrant. adhuc intentio eorum est posito ꝙ ita sit: ꝙ cōclusio sit demonstrabilis. nec est bona consequentia: nō demonstratio conclusionem istam: ergo conclusio nō est demonstrabilis. nec vnqꝫ inuenientur aliqui similes istis qui dicant conclusionem istam nō esse demonstrabilem. Tertia conclusio est ꝙ trinitas realis personarum in diuinis naturaliter nō pōt demonstrari. Ista conclusio fuit in virtute sufficienter deducta questione .2. super prologo. articulo. secundo conclusione prima. vbi probaui ꝙ habitus theologie reuelate possibilis viatori de lege communi vt precinditur a naturaliter acquisitis nō resoluitur vsqꝫ ad per se nota in lumine naturali. Et presentes rōnes in forma deduci possunt ad conclusionem istam: quia si trinitas personarum sit demonstrabilis sequitur primo ꝙ ad assentiendum articulo trinitatis nō necessario requiritur imperium voluntatis secundo: quia ad assentiendum eis tam fideles quam infideles possent euidenter conuinci. Tertio ꝙ adhuc nō esset fides necessaria. Quarto ꝙ fides saltem de articulo trinitatis nō esset viatoribus meritoria: que omnia inconuenientissima sunt: ⁊ absurda: vt patet ibidem: confirmo tamen cōclusionem: primo beati aug. auctoritate qui postqꝫ tantum laborauit in inquisitione trinitatis in toto libro de trinitate in fine .15. c. 10. concludit: vnum inter hec que mihi ita dixi nihil illius summe trinitatis ineffabilitate dignum me dixisse audeo profiteri: sed confiteri potius mirificatam scientiam eius ex me inualuisse nec potuisse me ad illam. Et si beatus aug. qui tantum insudauit circa materiam trinitatis: nō potuit ad illam: nō videtur naturaliter posse demonstrari. Secundo sic articulus incarnationis nō est naturaliter demonstrabilis: igitur nec articulus trinitatis consequentia patet: quia nō minus est supernaturalis fides illius articuli. quam illius: tum quia nō magis repugnat rōni naturali ꝙ persona diuina assumat naturam humanam ad vnitatem suppositi. quam ꝙ tres persone quarum vna realiter nō est alia sint vna res simplicissima ⁊ ꝙ persona producens ⁊ producta sint vna substantia vel natura. antecedens vero ponit bea. aug. expresse epistola tertia ad volusianum: vbi loquens de diuini verbi incarnatione sic ait: si ratio queritur nō erit mirabile: si exemplum poscitur non erit singulare: debemus igitur deum aliquid posse quod nos fateamur inuestigare non posse: ergo ⁊c. Et ad veritatem cum demonstratio conuincat intellectum ad assentiendum: mirum est cur tenentes conclusionem oppositam non conuincant infideles: ⁊ magis est mirandum cum experiantur se hoc nō posse cur nō fatentur conclusionem illam demonstrari nō posse. Quarta conclusio est: ꝙ illa propositio distinctiua: deus subsistit tribus suppositis realibus vel in vno reali ⁊ duobus intentionalibus nō potest naturaliter demonstrari sicut Aureolus imaginatur: pro deductione huius cōclusionis premitto aliquas propositiones. Prima est: ꝙ naturaliter potest ostendi ꝙ res intellecta non ponitur per actum intelligendi in aliquo esse intentionali diminuto ⁊ apparenti: Secunda est ꝙ etiam naturaliter potest ostendi ꝙ omnes ex vi

Conclo. 3



amoris nō ponit se extra se in aliquo tali eē intētionali τ apparēti has duas ꝓpositiōes suppono pro nūc qz ex intētiōe vedo eā eas qōne sequēti: Tertia ꝓpositio ē: q naturalit pōt ondi deū nō subsistere i tribus suppositis vno tm̄ reali τ duob⁹ intētionalib⁹. Et hāc p̄mo ꝓbo sic: nālīter pōt ostendi q deus cū intelligit τ amat se nō ponit se ante se nec se extra se in aliquo esse intētionali τ apparente τ diminuto. igit nālit pōt ostendi ipsuz nō subsistere in tribus suppositis vno tm̄ reali τ duob⁹ itētionalibus mō p̄dicto: añs p3 ex ꝓpositiōib⁹ p̄cedētib⁹ τ ꝯña est nō. igit τc. Scđo sic: nāliter pōt ostendi q ois iperfectio est vēo icōpossibilis: sz subsistere tribus suppositis: vno videz reali et duob⁹ intētionalibus mō p̄dicto est imperfectionis. igit nālīe potest ostendi ip̄uz nō subsistere i talib⁹ trib⁹ suppositis: maior est nō. τ minor p3 etiā per istū doctorē: qz ex imperfectiōe ꝓuenit: vt dicit q verbū mētis nostre τ spiritus amoris ꝓcedāt i eē diminuto τ itētionali: igit. Duę ꝓpositionib⁹ p̄missis ꝓbo cōclusionē p̄mo sic: nulla ꝓpositio ypotetica disiūctiua cui⁹ vna pars est īpossibilis sic q eius īpossibilitas pōt nāliter eē nō τ altera necessaria: pōt demōstrari nāliter: nisi ꝓ quāto sit demonstrabilis p parte necessaria determinate sicut ista propositio: ois homo est risibilis. vel lapis. nō pōt nālit demōstrari. nisi ꝓ quāto prima pars ei⁹ ē demōstrabilis determinate: sed hui⁹ ꝓpositiōis: deus subsistit i trib⁹ suppositis realib⁹. vel in vno reali τ duobus intentionalib⁹: scđa pars est ipossibilis sic q ei⁹ ipossibilitas pōt naturalit eē nō vt p3 ex ꝓpositiōe imediate p̄cedēti: τ p̄is necessaria τ nō ē demōstrabilis ꝓ parte necessaria determinate. vt p3 ex ꝯclone p̄cedēti etiā per eū: igit τc. Et ꝯfirmat: qz hīc sequitur deus subsistit i tribus suppositis realib⁹: vel in vno reali τ duob⁹ intentionalib⁹: igit subsistit in tribus realib⁹ determinate igit a simili sequit: nālit pōt ondi q deus subsistit ī tribus suppositis realib⁹ vel i vno reali τ duob⁹ intētionalib⁹: τ nālit pōt itelligi q nō subsistit i vno reali τ duob⁹ intētionalib⁹: igit nāliter pōt ostendi q subsistit i trib⁹ realib⁹ determinate: qđ tm̄ ē falsuz τ ꝯ eū. Scđo sic: q̄cq̄d pōt demōstrari de deo disiūctiue determinate. pōt demōstrari ꝓ pte perfectiōi. sz trinitas suppositorū de deo est demōstrabilis sub disiūctiōe. τ trinitas suppositorū realiū ē perfectior. igit necē demōstrabilis de deo determinate. ꝯclo est falsa τ eū igit. aliq̄ p̄missarū nō maior: qz nāliter pōt ondi deo esse attribuēdū q̄cq̄d est maioris perfectōis ꝙ̄ minor τ nō quātū ad illaz ptē q̄ dicit q trinitas suppositorū realiū est perfectior: qz nobili⁹ est verbū si ponat eē reale ꝙ̄ si sit solū intentionale etiā fm̄ eū. τ idez p3 de spiritu sancto vt dicit igit i quātū ad illā ꝙ̄ oī q trinitas suppositorū est demōstrabil' de deo sub disiūctiōe. τ sic ꝓpositū. Et i hoc iste doctor videt sibi ꝯdicere: qz ex vna pte ꝯcedit q trinitas suppositorū realiū ē pfectior trinitate suppositorū itētionaliū. τ eē alia pte q trinitas suppositorū ē demōstrabil' de deo alteroistorū duorū modorū: trinitas iā suppositorū realiū nō ē demōstrabilis. τ ista nō pñt simul stare: vt p3 ex rōne p̄cedēti: ꝙ̄ τ hoc de scđo.

Articu. 3. τ 4.

Tertius τ q̄rtus articulus.

Quātū ad tertiū τ q̄rtum articulū simul ꝯ ꝯclones istas monēda τ dissoluēda sunt dubia. Et p̄mo ꝯ p̄mā arguit doctor noster.

Egidius in I. di. 7.

Egidius. Primo sic: nulla propositio p se nota ē dmōstrabilis qz tūc nō eēt p se nota: sz p aliud: sz ista propositio deus ē ē p se nota: vt probat τ hī: igit τc. Secūdo sic: eētia dei ē idē q ei⁹ substātia: igit deū eē nō pōt demōstrari: añs ē catholicū τ ꝯña vz nota: qz substātie nō ē demonstratio vt p3 p aristotilē 6. metaphisice. τ 2. posteriorū: igit τc. Preterea ad idē quidā alius doctor noster.

Gerard⁹ de senis i. I. di. 3 q. 2. ar. 3.

Gerard⁹. Arguit: τ ē q̄si ꝯfirmatio p̄cedētis rōnis: si deuz esse posset demōstrari eē dei nō eēt idē q deus. qđ p3 eē falsuz qz tūc eēt in potētia ad eē τ nō eēt pur⁹ act⁹: ꝯña p3: qz nihil demōstrat de eo cū quo ē idē: qz sic idem demonstraretur de seipo. Preterea: ad idem alius.


Henricus in summa arti. 22. q. 4.

Henric. Arguit sic: cuius non est diffinitio eius nō est demonstratio: cū medīū demōstrationis sit diffinitio subiecti: sed nec dei: nec alicuius quod est deus est diffinitio: igitur nec demonstratio. Ista ratio confirmatur auctoritate Avicen. 8. metaphi. sue. vbi ait: primus qui est altissimus τ gloriosus non habz distinctionem τ sic nō pōt fieri demōstratio de eo: ergo τc. Ad rōnes egidij τ gerardi.

Rñō ad eg. τ ge. Ad primum istorum nego maiorem: τ qz vt plurimū doctores sic adherent illi ꝓpositioni: q aliqui dicunt deum esse nō posse demōstrari quia est per se notum aliqui vero econtra dicunt nō esse per se notum: quia potest demonstrari ne videar negare ꝓpositionē ad placitū τ sine rōe ostendo: q nō ois ꝓpositio p se nota caret medio silogistico τ demonstratiuo. Primo quia motum esse τ naturam esse ē p se notū: vt patet p phī. 2. phi τ cōmētatorē ibidē cōmēto. 6. τ tñ quelibet istarū ꝓpositionū ē demonstrabilis p p̄ncipia metaphisice: vt potet p aristo. p̄mo phisi. vbi p p̄ncipia metaphisice ꝓcedit cōtra negātes naturā τ p̄ncipia naturalia. Secundo: qz ista ꝓpō nix ē alba: celū est: τ cōsiles quarū notitia habet p experientiā mediāte cognitiōe sensitiua: sūt p se note: vt p3 p alacē scđo ꝓspectiue. 2. c. vbi dicit q qñ ꝓpōnes sūt manifeste p sensū τ aīa intelligit ꝯclone: ꝯclo erit ꝓpō manifesta: qñ enī aīa videt ꝓpōnē itelligit stati ꝯclonē sine idigētia argumētationis ppt qđ anīt p̄ce. dicit q q̄ dubitat an nix sit alba sensū idiget: tñ ꝯstat q q̄libet istarū ꝓpōnū est demōstrabilis. Tertio: qz fm̄ boetiū de hebdomatib⁹ cōis aī ꝯceptio q̄dā ē q̄ venit ex aliis cōiorib⁹ vt icorpalia nō eē i loco: igit nō ois caret medio silogistico τ demōstratiuo: sz cōis aī ꝯceptio dī: qz ē p se nō: ꝙ̄ τc. Quarto qz illō nō necessario repugnat ꝓpōni p se note: qđ ꝯtingit p̄mis p̄ncipiis sciē metaphisice: sz hēre mediū silogisticū τ demonstratiuū nō repugnat τc. igit τc. maior p3: qz p̄ma p̄ncipia i sciētiis mathematicis sūt simplr p se nō: cū demōstratiōes mathematice sint in p̄ gdu certitudis: vt p3 p cōmētatorē 2. met. m. p⁹: qz oē totū ē mai⁹ sua pte: ē vnū d p̄ncipiis geometrie: τ tñ pōt demōstrari τ demonstrat ip3 alacē. 2. ꝓspectiue. c. 3 sic. qđ ē tātūdē τ āpli⁹ ē mai⁹: sz totū respectu p̄tis ē tātūdē τ mai⁹: ꝙ̄ ē mai⁹: pōt etiā demōstrari p diffinitionē toti⁹: qz qđ ꝯtinet multitudinē partium ē maius qualibet illarū omne totū ꝯtinet multitudinē partiū: ergo τc. Quidā tñ.

Franciscus de maronis in p̄ di. 2 q. 1 ar. 1.

Francisc. Volētes fugē istā difficultate dicūt: q ista ꝓpō omne totum ē maius sua parte nō ē per se nota sed demonstrabilis dicitur tamē p se nota: qz iceptibiliter deducit ꝓpt p̄mitatē p̄ncipiorū ad ꝯclo3. Sed ad veritatē ista euacuatio ē nulla. Primo: qz ista ꝓpō sicut superius dicebat ē vnū de p̄mis p̄ncipiis geometrie: vt p3 sciētib⁹ geometriam: igit ē p se nota aliter geometria nō resolueret vsq ad p se



nota: qđ ē manifeste falsū. Secūdo: q2 illa ppō vere z pprie dicit̄ p se nota: quā q̄libet docendus p se ipm pōt habere sine doctore. hoc p3 pmo posterio. vbi dicit̄: q maxīa siue ppō p se nota dicit̄ illa quā necesse ē habere docēdū quēlibet p seipm: sed ɔstat q istā ppōnē pōt hr̄e q̄libet p seipm: vt docet experientia: igit̄ zc. Tertio: q2 alacer secūdo pspectiue. c. 2. z. 3. expsse dicit istā ppōzē ē p se notā: igit̄ hoc negare ē non posse soluere rōnē. Quarto: q2 sic vicēdo tollit̄ oīs via ad pbādū aliquā ɔclōnē eē p se notā: q2 de q̄libet saltem de se diuiso pmo pncipio simplr̄ poterit dici: q nō ē p se nota sz bn̄ p se nota: q2 p ceptiōe illr̄ deducit̄ ppt̄ primitatē pncipioꝝ: p3 igit̄ ex dc̄tis q illa maior ē vl'r vera. Et iō ɔcedo q istā ppō de' ē p se nota: z tn̄ demōstrabilis nec ista repugnāt vt videt̄: q2 nō dr̄ ppō p se nota: q2 caret medio silogistico z deductiuo sed q2 ad sue cōplectiōis euidētiā nō necessario idiget ipo. Ad secūdū pncipale nego ɔñaz: q2 si illa ɔña eēt bona: pbaret q nulla pfectio attribuit̄ eē demōstrabilis de deo cū q̄libet sit idē q ei' eē sba: qđ tn̄ ē falsū z ɔtra anselm. mono. 15. vbi demōstrat de deo oēs pfectiones simplr̄. Et qñ dr̄ q sibe nō ē demōstratio vere ā pori z p cāz in eēndo: pōt tn̄ ei' eē demōstratio a posteriori z per cāz inferēdo. vt p3 ex pma secūda ɔnta z sexta questiōib' sup. pliogo: z sic ei ppōsito. Per idē p3 qđ dicēdū ad ɔfirmationē alteri' doctoris.

Ad rōnes henrici.

Rñō ad henricū. Ad vltimū' pōt vno mō dici: q si talia pdicamenta nō pñt demōstrari a pori de ipo deo' non sequit̄ quin possint a posteriori: z i tali demōstratiōe diffinitio nō ē mediū. Secūdo pōt dici q lz nec dei' nec alicui' qđ sit de': sit diffinitio pprie dicta' pōt tn̄ eē diffinitio large accepta: z lz talis nō possit eē in demōstratiōe mediū q̄ fit a pori z per cāz i eēndo: potest tn̄ eē mediū in illa q̄ fit a posteriori z per cāz in inferēdo' vt p3 in q̄stiōib' pallegatis. Ad auctoritatē Auice. dico: q intelligit q de deo non pōt fieri demōstratio a pori z per cāz in essendo: nō tn̄ negat q̄n de ipo possit fieri a posteriori demōstratio: vel a pori z per cāz in inferēdo: alit ɔdiceret sibi ipi q2 ipe nitit̄ demōstrare deū eē. Cōtra secundā conclusionem est quedam opinio.

Rodō in p̄ di. 2 q. 3 arti. i.

Rodō. Que ponit q nisi ɔsuppōnat̄ aliqđ creditum nō pōt demōstrari deū eē vnū tn̄' adhuc adducit̄ vna rō: si demōstretur deū eē tn̄ vnum: aut hoc erit ex ei' infinitate: aut ex ei' necessitate: aut ex ei' omnipotētia. Ista diuisio p3 ex mō arguēdi aliquoꝝ: sz quodlibet ē creditū q pro deductione minoris probat iste doctor in. q. imediate pcedēti: q deū eē infinite virtutis intēsiue nō pōt nālr̄ demōstrari: rōnes tn̄ ipsius nō adduco pro nūc: q2 intēdo alibi istā materiā pertractare: z ex hoc infert q nullum aliorū pōt demōstrari nāliter z per ɔñs quodlibet eoꝝ ē creditū.

Rñō ad rōnes Rodō.

Rñō ad rodō. Sed ad veritatē ista positio non ē rōnalis. Nec theologus debet negare propositionē istā posse demōstrari: cū phi couenit eā ɔmōstrare nec rōnes isti' doctoris ɔcludūt pmo q2 posito q nō possit probari ex aliquo istorum ad hoc sunt alie vie nālr̄: z ipemet adducit rōnes anselmi contra se pcedentes ex aliis mediis. Secūdo' q2 minor quantū ad duas pmas ptes ē falsa' quicquid sit de tertia' nec rōnes quibus pbat pmā ptē ipius ɔcludūt: vt declarabitur alias: lz rōnes ille non sint sue: sed de verbo ad verbū francisci de marchia' qui tūc pcessit eū. Et vlterius posito q infinitas dei nō sit demonstrabilis: adhuc nō sequit̄ q eādē eius necessitas non sit demōstrabilis: q2 nō aliter scit̄ q nullū possibile nō eē ē deus. Cōtra tertiā ɔclusionē ē opinio scoti qui ponit q trinitas realis psonaꝝ in diuinis potest naturalit̄ demōstrari: z recolligēdo ea que dicit in diuersis questiōibus pñt reduci ad tres ɔclusiones pncipales. Prima ē q naturalit̄ pōt ɔuinci q in diuinis ad intra sit vera pductio: hac pbat tripliciter. Primo sic quecūqđ de rōne sua formali ē pncipiū pducēdi illud in quocūq ē sine impfectione z a se in illo ē pncipiū p se pfecte pducēdi. sed memoria pfecta siue q idē ē intellectus habēs obiectū intelligibile sibi pñs ex sua rōne formali ē pncipium pductiuū notitie genite que ē verbū' igit̄ in quocūq ponat̄ sine ipfectiōe z a se necessario pducet verbum. Cū igit̄ talis memoria pfecta sit in aliqua psona diuina a se z sine iperfectiōe: q2 aliqua ē ipa ducta igit̄ illa persona necessario pducet verbū: maior declarat̄: q2 q pncipio ex se pductiuo nō conueniat q i aliquo sit pductiuū nō pōt eē nisi ppt̄ aliqđ duoꝝ modoꝝ: vel ppt̄ ipertectionē ei' in illo: vl' q2 vt i illo ē acceptū per pductionē adeq̄tā tali pncipio: sicut ē de potentia generatiua: si sit in filio: z spiratiua si sit in spū scō: z vtrūq istoꝝ excludit̄ p hoc qđ dicit̄ in maiori a se: q2 nihil h3 a se pncipius pductiuū: nisi hēat illud sine ipfectiōe z nō cōicatū p pductiōz adeq̄tā tali pncipio min. pbat̄ q2 oi memorie create ɔtingit q sit pncipium pductiuū notitie genite: z nō vt creata siue ipsecta: q2 ipsecta nō ē rō pducēdi sine cōicādi eē q2 hoc cōpetit ex pfectiōe nō ex ipfectiōe igit̄ vt memoria ē: z p ɔñs cōpetit sibi ex sua rōne formali. Scđo sic: qđcūqđ dicit pfectionē simplr̄ eē ponēdū i deo' sed necessario pducē dicit pfectioz simplr̄' igit̄ de' necessario pducit' sz nō ad extra' igit̄ ad intra: maior supponit̄: minor pbat̄ q2 in q̄libet cōditiōe enti q̄nō ē ex rōne sua ipfecta necessitas ē simplr̄ pfectiōis sz pductio ex rōne sua formali nō includit ipfectionē: igit̄ necessitas in pductiōe ē simplr̄ pfectiōis: minor h3' philo supponit̄ tanq̄ nota: maior aūt ɔclarat̄: q2 sicut necessariū ē ɔditio pfectiōis in ente in quātū ens: ita ē pfectionis i quolibet diuidēte ens: qđ nō ē necessario ex se ipfectū sine imutatū: sicut enī qñ ens diuidit̄ p opposita alteꝝ diuidēdū ē pfectiōis i ente: alteꝝ ipfectiōis sic z i quolibet diuiso: qđ de se nō icindit ipfectionē. Et ɔfirmat̄: q2 possibilitas i q̄libet ente ē ipfectiōis zc. Tertio sic: pma pductio debet cōpetere pmo pducenti: sz pductio nālis ē pma pductio igit̄ cōpetit pmo pducenti: z sic deo: sz nō cōpetit sibi ad ex': q2 supponit̄ eē ɔtingēs z libera igit̄ ad itra. Scot' vbi sup.

Scotus. Scđa ɔ°ē: q i diuinis sūt tm̄ due pductiones intrinsece distincte fm̄ rōnes formales pducēdi. p cui' deductiōe probat iste doctor tres propositiōes. Pria ē q pluralitas pncipioꝝ actiuoꝝ reducit̄ ad dualitatē pncipiū productiuū p modū volūtatis z p modū nature. Scđa ē q hec duo pncipia debēt poni p fm̄ rōnes suas producēdi. Tertia est: q hmōi pncipia i pmo sūt productiua ad intra. Primā ppositioz deducit sic oīs pluralitas reducit̄ ad vnitatē vel paucitatē tātā ad quātam reduci pōt: igit̄ pluralitas pncipioꝝ actiuoꝝ reducet̄ vel ad vnitatē vel ad tātā paucitatē ad quātā reduci pōt: nō pōt aūt reduci ad aliqđ vnū pncipium aliud ab istis: pbat̄: q2 pncipia product iua q̄ sūt nā z volūtas hn̄t oppositos modos pncipiādi: q2 alteꝝ ex se nālr̄ iclinat̄ ad agēdū alteꝝ libere in ptāte sua h3 producere: ita q ad hoc nō inclinatur ex se natura liter. si autem reducerentur ad aliqđ vnū pncipiū productiuū: illud hr̄et determinatū modū pncipiādi



alterius istoꝝ pncipioꝝ pñs vel naturaliter vel libere: ꝛ ita vl'ꝑ modũ nature: vl'ꝑ modũ volũtatis: igit̃ nõ possunt reduci ad aliquod pncipiũ quasi tertiũ ab istis. qð .s. in ꝑducẽdo nõ habeat rationẽ alicuius istoꝝ. nec vnũ reducit̃ ad alteꝝ: qꝛ tũc ꝫ totũ genus suũ eẽt imꝑfectũ: qð falsuꝫ: ergo igit̃ pncipia ꝑductiua nõ possunt reduci ad paucitatẽ minorem q̃ ad dualitatẽ pncipij .s. ꝑductiuũ ꝑ modũ nature: ꝛ ꝑductiuũ per modum voluntatis. Secundam ꝓpositionem ꝓbat faciliter: qꝛ in pmo est omnis tõ pncipij que nõ reducit̃ ad aliqð pncipiũ pus ip o: igit̃ in ꝓposito tm̃ duo principia ꝑductiua alterius rõnis vnicũ .s. ꝑductiuũ ꝑ modũ nature: ꝛ vnicum ꝑductiuũ libere. Tertiã vero ꝓbat ex dictis: qꝛ memoria ꝑfecta est ꝑductiua ad intra ꝑ modũ nature ex cõclusione ꝓcedẽti. Et similiter põt argui de volũtate respectu amoris infiniti: qꝛ quodlibet pncipiũ ꝑductiuũ qð nõ reducit̃ ad aliquod pncipium pus: natũ e habere ꝑductioꝫ sibi adequatã: ꝛ ꝑductũ adequatũ: igit̃ pncipiũ ꝑductiuũ amoris: qð ẽ volũtas: natũ e habere ꝑductũ sibi adequatũ: ꝛ pncipiũ ꝑductiuũ qð ẽ natura: natũ ẽ habere ꝑductũ adequatũ: hec aũt pncipia ꝑductiua sunt infinita: igit̃ ꝑducta eis adequata nõ possunt esse nisi infinita: nihil aũt ẽ formaliter infinitũ nisi deus: igit̃ ista pncipia sunt ꝑductiua aliquoꝝ in natura diuina. Ex istis deducit̃ assumpta ꝯclo: qꝛ si in diuinis ad intra nõ sunt nisi duo pncipia ꝑductiua alterius rõnis: sequit̃ ꝙ nõ sit nisi tm̃ due ꝑsone numero: ꝓbo: qꝛ vtriusq; pncipiũ ꝑductiuũ habet ꝑductionem sibi adequatã ꝛ coeternã: igit̃ stãte illa non põt habere aliã.

Scotus. Scotus vbi supra. q 5.

Tertia ꝯclusio ꝓncipalis ẽ: ꝙ realis trinitas ꝑsonaꝝ in diuinis põt naturalit̃ demõstrari: ꝛ hanc ꝓbat ex ꝓcedẽtibus sic: tm̃ sunt due ꝑsone ꝑducte: ꝛ tm̃ vna iproducta: igit̃ tm̃ sunt tres. ꝯña e nota: ꝛ añs quã tũ ad pmã partẽ ꝓbat̃ ex dictis: ꝓ cuius ꝓbatiõe deducit iste doctor aliquas ꝓpões. Prima ẽ: ꝙ in diuinis ẽ vna ꝑsona ꝑducta actu intellect⁹: rõ hui⁹ ẽ: qꝛ intellectus vt ẽ ꝑfecta memoria .i. habẽs obiectũ intellectuale sibi pñs ꝑ aliquẽ actũ sin ẽ ꝑductiuus terminus adequati .s. infiniti ex pma ꝯclone: nihil aũt scḋm ꝑducit ꝑ̃nio de tri. c. i. igit̃ qð ꝑducit̃ actu intellectus aliquo mõ distinguit̃ a ꝑducẽte: sed nõ distinguit̃ eẽntialit̃: qꝛ essentia diuina ꝛ quecũq; essentialis ꝑfectio sibi intrĩseca ẽ indistinguibilis: igit̃ distĩguit̃ ꝑsonalit̃ ꝑductũ a ꝑducẽte: igit̃ ẽ aliqua ꝑsona ꝑducta actu intellect⁹.

Secunda ꝓpõ ẽ: ꝙ etiã in diuinis ẽ vna ꝑsona ꝑducta actu volũtatis: ꝛ hec ꝓbat̃ sicut ꝛ ꝓcedens.

Tertia ẽ: ꝙ ꝑsona ꝑducta actu intellectus: ꝛ ꝑsona ꝑducta actu volũtatis sũt alia ꝛ alia: rõ hui⁹ ẽ: qꝛ eadẽ ꝑsona nõ põt ꝑduci duabus ꝑductiõibus sufficientibus ꝛ totalib⁹: sed hec ꝑductio ꝛ alia sũt due ꝑductiões distincte ex secũda ꝯclone: igit̃ hac ꝛ illa nõ ꝑducit̃ eadẽ ꝑsona sed due. Quarta ꝓpositio ẽ: ꝙ ibi nõ possunt eẽ nisi due ꝑsone ꝑducte: rõ: qꝛ in diuinis ad intra nõ possunt eẽ nisi due ꝑductiões: igit̃ nõ pñt eẽ nisi due ꝑsone ꝑducte: añs pꝫ ex scḋa ꝯclone: ꝯña pꝫ: qꝛ nulla istaꝝ ꝑductionum põt terminari nisi ad vnã ꝑsonã: cũ ꝑsona ꝑducta sit termin⁹ adeq̃t⁹ illi⁹ ꝑductiõis ꝛc. Ex istis ꝓpõnib⁹ pꝫ pma ps antecedẽtis assumpti: qꝛ bene seq̃tur in diuinis ad intra sunt due ꝑsone ꝑducte ꝛ non plures: igit̃ tm̃ due. scḋa ps añcedẽt. vꝫ ꝙ ibi sit tm̃ vna ꝑsona iproducta: ꝓbat̃ ab isto doc tripliciter: Sꝫ qꝛ ꝓ̃tẽ illã reputo ꝓbabilẽ dimitto ratiões illas.

Rñond scotum. Rñ ad rões scoti.

Sꝫ lꝫ ista ꝯclo sit verissima ꝛ sine hesitatiõe credẽda: nõ ẽ tñ ab isto doctore demõstrata: sꝫ rõnes ꝑ q̃s ꝓbat̃ nihil ĩfideli ꝯcludũt: imo alique ꝓpões sũt simplr̃ dubie tam fideli q̃ infideli: ꝛ ideo respõdeo ad eas. Et pmo ad rões ꝑ pma ꝯclone. Ad pmã rñdeo ad maiorẽ ꝛ ad minorẽ. Primo quidem ad maiorẽ: qñ dicit̃ ꝙ q̃cq̃d de rõne sua formali est pncipiũ ꝑducẽdi illud in quocũq; ẽ sine iperfectione ꝛ a fctri illo ẽ pncipiũ perfecte ꝑducẽdi: quero cur addit̃ hic iste terminus a se: qꝛ vel illud qð de rõne sua formali est pncipiũ ꝑducẽdi in quocũq; sit sine iperfectiõe ẽ pncipiũ ꝑducẽdi sine sit in illo a se siue in alio: vel nõ: si sic ly a se frustra ponit̃ in maiore: ꝛ tñ si nõ ponat̃: sequit̃ ꝙ q̃libet persona diuina sit ꝑductiua verbi: cũ in q̃libet sit memoria perfecta ꝛ sine iperfectiõe quacũq;: quo posito non solũ trinitas sed infinitas ꝑsonaꝝ erit in diuinis: qꝛ verbũ erit verbũ: ꝛ sic infinitũ: qð nõ solũ ẽ falsum: sed erroneũ. Si nõ: cõtra: iplicatio ꝯdictiõis ẽ tamẽ aliquã eẽ alicui sine iperfectiõe absq; eo qð est de sua formali ꝛ intrinseca rõne: igit̃ iplicatio ꝯdictiõis ẽ illud qð de rõne formali sua ẽ pncipiũ ꝑducẽdi eẽ in aliquo sine iperfectiõe ꝛ nõ eẽ in illo pncipio ꝑducẽdi: añs pꝫ ꝑ locũ a diffinitiõe: ꝛ ꝯña ẽ nota: igit̃ ꝛc. Et ꝯfirmat̃: qꝛ si hõ eẽt in aliquo loco sine iperfectione: q̃ nõ eẽt aial rõnale: vel eẽt in illo loco sine rõne sua formali: vel eẽ aial rõnale nõ ẽ rõ sua formalis: igit̃ a simili si pncipiũ ꝑducẽdi sit in aliquo sine iperfectiõe in q̃ nõ sit pncipiũ ꝑducẽdi: vel ẽ in illo sine sua rõne formali: vel eẽ pncipiũ ꝑducẽdi nõ eẽt de rõne sua formali. Et ex hoc pꝫ defect⁹ illi⁹ maioris: qꝛ quicũq; phs ꝯcederet maiorẽ illaꝝ posito isto termino a se: ꝯcederet eã ipo remoto. ꝛ tñ ipo remoto ꝑ deductionẽ suã ꝯcludit̃ infinitas ꝑsonaꝝ in diuinis. Et vlterius: vel illud qð de rõne sua formali ẽ pncipium ꝑducẽdi in nullo ẽ pncipiũ ꝑducẽdi in quo nõ sit a se vel in aliq̃ sic ꝛ in aliq̃ nõ: si nec ẽ pncipiũ. ꝓpõ ẽ falsa etiã ꝛm eũ: qꝛ memoria ꝑfecta q̃ de sua rõne formali ẽ pncipiũ ꝑducẽdi vt dicit in creatura nõ ẽ a se: ꝛ tñ ipa ẽ pncipiũ ꝑducẽdi etiã ꝛm eũ: sꝫ deficit secũdũ deberet assignare in q̃b⁹ ẽ pncipiũ ꝑducẽdi ꝛ in q̃b⁹ nõ. Et si dicat̃ ꝙ illo nõ ẽ pncipiũ ꝑducẽdi in quo ẽ acceptũ ꝑ ꝑductioꝫ adequatã tali pncipio: ꝛ in alijs vero sic: sicut ille doctor videtur imaginari: adhuc nõ sufficit: qꝛ illud ꝓ̃supponit ꝙ in rõne sua formali ẽ pncipiũ ꝑducẽdi eẽ in aliquo in quo ẽ acceptũ ꝑ ꝑductionẽ adequatã tali pncipio: ꝛ hoc non ẽ ꝑ se notũ: nec ab isto doctore deductũ ex aliquo ꝑ se noto: igit̃ rõ que ꝓcedit isto ꝓ̃supposito nõ demonstrat.

Rñ.

Secũdo rñdeo ad minorẽ: qꝛ posito ꝙ eẽt vera nõ eẽt nalit̃ demõstrata nec demõstrabil' imo aristo. ꝛ q̃libet ĩfidelis phs negaret eã: diceret enĩ phs ꝙ itellect⁹ hñs obiectũ itelligibile sibi pñs notitie genite nõ ẽ ꝑductiuus: vbi notitia nõ erit in potẽtia ad actũ: ꝛ simplr̃ ꝛ vlr̃ ꝑfecta: sicut ẽ in pmo: rõ hu⁹ ẽ: qꝛ ꝛm doctrinã ipius oẽ ꝑductũ erit de potẽtia ad actũ: ꝛ hꝫ ꝑ ꝯña iperfectione annexam. Nec ꝓbatio valet: qꝛ si hoc ꝯtingat oĩ itellectui creato: hoc ideo ẽ: qꝛ notitie itellect⁹ creati nõ repugnat exit⁹ de potẽtia ad actũ. Ad secũdã dico: ꝙ minor assumpta nõ solũ nõ ẽ demõstrabilis: sed falsa ꝛ nimis piculosa: qꝛ si illa minor cũ sua ꝓbatiõe sit vera: sequũtur duo icõueniẽtia: pmũ ẽ: ꝙ de⁹ necessario ꝑducit nõ solũ ad intra sꝫ ad extra. Secũduꝫ ẽ: ꝙ spũs sanct⁹ careret aliqua perfectiõe simpliciter. pmuꝫ ostendo arguẽdo sicut ipse: q̃cq̃d dicit ꝑfectioꝫ simplr̃ ẽ ponẽdũ i deo: sed necio ꝑducẽ dicit ꝑfectioꝫ simplr̃: igit̃ de⁹ necio ꝑducit: sꝫ nõ ad eẽ: igit̃ ad intra: minor ꝫ ꝓbat̃ sic ꝛ ipe: qꝛ i q̃libet ꝯditiõe ent̃ q̃ nõ ẽ ex rõe sua imꝑfecta necessitas est simpliciter ꝑfectionis: hec



est sua: sed deductio qua de⁹ pducit ad extra ex rõne sua formali nõ includit impfectionē: aliter nullo mõ posset deo ꝯuenire: ꝗ necessitas in pductiõe dei ad ex̄ ē simplr̄ pfectiõis: deductio ē clara. Secūdus p3: qꝛ ꝯstat ꝗ spūs sanct⁹ ñ pducit aliq̄d nectio cū nihil pducat ad itra: igit̄ si nectio pducē dicit pfectõꝫ simplr̄ spūs sanct⁹ caret illa pfectõe. Forte dicet̄ ꝗ lꝫ spiritus sanct⁹ nõ hēat talē pductionēꝫ actiue qꝛ nihil pducit necessario: hꝫ tñ eā passiue: qꝛ pducit̄ necessario. Sꝫ ad veritatē ista euasio nõ tollit sꝫ auget difficultatē: qꝛ si pductio necessaria tā actiua ꝗ passiua sit pfectio simplr̄: ñ solū spirit⁹ sanct⁹ sed q̄libet psona diuina caret aliq̄ pfectiõe simplr̄: ꝯña p3: qꝛ cū pductio actiua z passiua i diuinis dif ferāt realit̄ q̄libet psona diuina caret aliqua productione actiua. vel passiua. pater eni caret oi productione passiua. spirit⁹ sanct⁹ oi actiua: z filius vna actiua z alia passiua. caret. n. generatiõe actiua et spiratiõe passiua. Dico igit̄ ad rõnē ꝗ illa minor ē falsa z a quolibet vero catholico. negāda. Et ad pbationē q̄n dr̄ ꝗ in q̄libet ꝯditiõe entis q̄ nõ e ex rõne sua impfecta necessitas ē simplicit pfectiõis: nego. imo ista ppositio iplicat icõpossibilia: qꝛ d rõne pfectõis simplr̄ ē ꝗ i vnoquoq; siue pfecto siue ipsecto: melius sit ipsaꝫ eē ꝗ̄ nõ esse: vt pater p anshel. mono 15. c. Et ista ppõ iplicite ponit̄ ꝗ necessitas nõ ē simplr̄ pfectiõis nisi in ꝯditiõe entis: q̄ de rõne sua formali nõ est īpfecta. Et vlterius si aliqs phorū ꝯcedēt ꝗ necessario producere dicit pfectiõꝫ simplicit̄ ille diceret ꝗ deus necessario produceret ad extra sꝫ nõ ad intra z oppositū istius nõ pbat iste doctor: imo supponit sine pbatõne aliq̄ z ꝯñs rõ q̄ pcedit isto supposito nõ demonstrat. Ad secūdā rõnē r̄ñdent phi s̄m opiniões coꝝ q̄ ꝯcedūt deū esse causā efficiēte ad extra ꝯcederet ꝯclonem. vꝫ. ꝗ pductio nāllis cõpeteret deo. Et q̄n dicit̄ ꝗ non ad extra: qꝛ illa supponit̄ eē libera z ꝯtingēs: negaret̄ ab eis qꝛ isti dicunt deum pducere necessario quicquid pducit: ad extra nõ quidem necessitate coactionis sꝫ necessitate imutabilitatis. nec videt̄ eis ꝗ oppositū sit demonstrabile. z nõ solū ipsi sed multi theologoꝝ dicūt ꝗ nõ pōt euidēt pbari. ꝗ productio reꝝ ad ex̄ sit libera z ꝯtinges. Illi vo phoꝝ q̄ dicunt deū nõ esse causaꝫ efficientē: diceret ꝗ nulla pductio cõtingit deo: nec ad extra nec ad intra: nec oppositū pbat̄ eis: qꝛ lꝫ pbet̄: ꝗ p̄ma pductio ꝯtingat p̄mo pducēti: n̄ tamē pbat̄ q̄ supponit̄ ꝗ de⁹ sit p̄mū pducēs: q̄ tñ negat̄ ab eis. Scđo r̄ñdeo ad rões pscđa ꝯclone z qꝛ illa ꝯclusio depēdꝫ ex tribus ppositõib⁹: pōt dupliciter. r̄ñderi s̄m duas opiniones phi: tactas imediate: qꝛ tenētes ꝗ deus nõ est cā efficiēs alioꝝ a se: possent ꝯcedere p̄mā ppositionē z eius deductionē. negarent tñ scđaꝫ nec pbatio valēt aliq̄d eis: qꝛ sꝫ dicāt ꝗ deo repugnat ois rõ p̄ncipij z ꝯñs nõ videt̄ ꝗ in p̄mo sit ois rõ p̄ncipij q̄ nõ reducit̄ ad aliq̄d p̄ncipiū prius: sic iste doctor supponit sine pbatiõe aliq̄: negarēt etiā tertiam ppositõnē: nec pbatio valet aliquid euident̄: qꝛ supponit p̄maꝫ ꝯclusionē eē dmõstratā c⁹ oᵐ p3 ex supdictis. Tenētes vero ꝗ de⁹ ē cā efficiēs alioꝝ a se: negarent oēs ppões. Et ad pbatiõꝫ p̄mo di cerēt ꝗ p̄ncipiū pductiuū p modū volūtatis reducit̄ ad p̄ncipiū pductiuū p modū nature: sic ad p̄ncipiū prius z perfectius: z hoc iste doctor potest ꝯcedere: si vult ꝯsequent̄ loqui. z ipse vult ꝗ productionālis ē p̄ma pductio vt p3 i tertia rõe pbātē p̄mā ꝯclonē. Et q̄n dr̄ ꝗ tūc p̄ncipiū pductiuūꝫ per modū volūtatis s̄m totū genus suū eēt iperfectū cõcederet̄ ab istis. Et ex hoc vt dicūt repugnat ipsi deo pducere aliquid aliud a se p modū voluntatis: nõ aūt p modū nature: nec oppositū demõstrat̄ ab isto doctore: lꝫ sit credēdū infallibilit̄. Et ppt̄ hoc patet q̄d dicedū ad pbationem secūde ppõnis s̄m istos. Ad pbationeꝫ vero tertie ppõnis diceret̄ vt supra. Ex his patet q̄d dicendū ad ea que adducunt̄ p tertia cõclone: qꝛ oēs ille ppões supponūt p̄mas duas ꝯcloes eē demõstratas: q̄d p3 eē falsū ex supradictis. Cõtra quartā ꝯclonē sicut dicebat̄ superius ē quedā opinio


Contra.

Aureolus vbi supra.

Aureol⁹.

Que ponit: ꝗ pōt dmõstrari: ꝗ p̄mū p̄ncipiū subsistit in tribus suppositis. Uno quidem reali duobus intētionalib⁹ vel ꝗ i oibus tribus existibus realibus. Et pbat ille doctor duas cõclones. Prima ē ꝗ omne intelligēs z amās se subsistit in trino supposito z cõuer. Secunda ē: ꝗ deus de necessitate subsistit in tribus suppositis realibus quidē vel saltē vno reali z duobus intētionalib⁹: p deductiõe p̄me cõclonis p̄mittit duas ppões. Prima ē ꝗ per actū intellectus res intellecta ponit̄ in eē cõspicuo formato z apparēti. Et hāc pbat a p̄ori z posteriori. A p̄ori sic: ipossibile ē quin apparitiõe formali aliquid appareat obiectiue: sicut enī albedine aliq̄d albū: z repñtatiõe aliquid repñtatur: z pictura aliquid pingit̄ sic apparitione aliquid appa ret: sed sic ē: ꝗ intellectus nõ est aliud ꝗ̄ apparitio quedā formalis: sicut visio ē quedā apparitio i oculo ex̄ñ. ꝗ oīa res videnf apparent: s̄m q̄ dicit cõmētator 4. metaphi. cõmēto 23. sic z intellectio cū sit quedā spūalis visio rex⁹ erit quedam spūalis apparitio: igit̄ relinquit̄ ꝗ p eā res capiūt eē apparēs: nõ eni pōt dici ꝗ intellectio ita sit apparitio ꝗ nihil appareat nisi ipa: alioquin intellectio appareret z nõ intelligeret̄ nec cognosceret̄ ad extra p intellectū: z sic patet vt dicit a p̄ori: ꝗ ois intellectio: imo cognitio ē illud quo res apparēt z ponunt̄ in eē apparēti. Secūdo arguit etiā a posteriori sic: ꝯstat ꝗ intellectio ē similitudo rei de qua ē. Aut igit̄ per hāc similitudinē res capit aliq̄d eē aut denominari tñ: sed nõ potest dici ꝗ denominari tñ: sic ꝗ esse intellectū nõ sit nisi denominatio quedam sicut cesar pictus denominatur a pictura p hāc tñ denoiationē cesar nõ est p̄ñs picture: nec apparet: ergo necesse ē dicere ꝗ p intellectionē tāq̄ rei similitudinē res capiat quoddā eē: ita vt eē intellectū nõ sit denominatio sola sed quoddā eē intētionale diminutum z apparēs: iuxta illud cõmentatoris 9. metaphi. cõmēto 7 quia intelligibilia dicunt̄ eē nõ simpliciter: sed eē in aia z in cognitione. Tertio arguit a posteriori sic: cõstat enim ꝗ intellectus fert̄ sup rosam simpliciter z et p̄t̄ illam sibi obici obiectiue. Illud itaq; q̄d sic obicit̄: aut ē spēs informās intellectū aut actus intellectus aut res facta p intellectū aut res subsistēs etiā p̄ter intellectum aut oēs rose existes extra positiue tñ in eē intētionali z apparēti sit quasi vna rosa totalis: nõ pōt dari p̄mū. vꝫ ꝗ sit spēs rose exñs in intellectu: cum enim illud obiciat̄ intellectui z cernat̄ ab eo: aut ibi subsistit intellectus: z hoc poni nõ potest: qꝛ nõ intelligeret res extra sed tñ species: z iterū scia esset de speciebus: nec ista ppõ eēt vera: rosa est flos: qꝛ spēs rose nõ ē flos: aut nõ consistit in illa specie intuitio intellectus: sed ptendit̄ mediāte illa ad rē: z tunc habet̄ intentū. res enim exñs in vltimato intuitu per modū apparētis est illa de qua est p̄ñs inq̄sitio: nec pōt etiā poni ꝗ sit ipse actus itellectus rosa illa apparens: tñ qꝛ intellect⁹ p cerneret suū actū: z inmediate eo cerneret obm̄: z ꝯñs nõ itelligēt res dire

ete tñ qz rediret error cōmentatoris q̄ sit vn⁹ intel
lect⁹ in oīb⁹: certū ē em̄ q̄ illa rosa apparēs pticula
ris nō ē nec m̄ltiplicari pōt: ⁊ ita eēt vna i me ⁊ i te
⁊ p̄ p̄ñs subiectū eius: q̄d ē intellect⁹ possibilis
eēt idē in me ⁊ in te nō p̄lurificatū. Nec pōt etiam
poni q̄ sit aliqua res facta p̄ intellectū in esse reali:
tum qz intellectio ē ogatio imanēs: ex qua nō sequi
tur aliquid aliud actu vt p3 et .9. metaphi. tu3 qz si
aspectus intellectus sistit in illa re: scie erūt de illis
rebus ⁊ nō de rebus extra nec p̄batiōes erūt vere
qz itellectus ɔcipiēdo subiectū format aliā rē ⁊ cō
cipiēdo p̄dicatū format alterā re3 ⁊ sic vna nō erit
alia: nec p̄batio erit vera. Non pōt poni deniq̄ q̄
sit aliqua res intellectionē p̄cedēs habēs aliq̄d eē
reale: tum qz destructis oībus rosis p̄ticularib⁹ re
maneret rosa simplicit̄ ɔtra dictū phi in p̄dicamē
tis: qui ait q̄ destructis p̄mis īpossibile ē aliq̄d alio
rū remanere: ⁊ loquit̄ de secūd̄ s̄ substātiis: tu3 qz
rediret idee platonice: ponebat enim plato homi
nē subsistentē illā qui terminat aspectu3 intellect⁹
cōcipientis hominē simpliciter: vnde vocabat istū
hominē p̄ se ⁊ p̄ se rosam: quasi formas ⁊ naturas
p̄ se subsistētes ⁊ has dicebat ideas: ergo relinqui
tur vt dec̄ vltimū v3 q̄ nō habeat nisi apparēs ⁊ i
tentionale: vt sic oēs rose que in esse reali distincte
sunt ponant̄ in esse apparēti ⁊ intētionali rosa vna
totalis: apparet igit̄ vt dicit a p̄ori ⁊ posteriori p in
tellectum res cognita capit quoddā eē apparens ⁊
intētionale. Secūda p̄pō ē q̄ p amorē amās ca
pit eē egressum ac latū extra se: ita vt in amore ex
tra se exeat mō sp̄ūali ⁊ intētionali. ⁊ ista declara
tur sicut ⁊ p̄cedēs a p̄ori ⁊ posteriori. a p̄ori quidē
qz in latione aliquid fert̄ ⁊ deportatur sed ɔstat q̄
amor ē quedā latio amātis in amatū: dicitur⁹ enim
q̄ amor fert formaliter cor amantis in al ad ergo
necesse ē q̄ aīa ⁊ sp̄ūs amātis p amorē capiat eē la
tum: sed cōstat q̄ nō fert̄ realiter: ergo capiat eē la
tū tm̄ intētionaliter. A posteriori aūt ⁊ p experientiā
idē patet vt dicit: expit̄ nāq̄ quilib3 ab amore pos
sessus quoddā pōdus ⁊ inclinationē sui sp̄ialem ad
amatū nō aūt inclinationē per modū desiderii nisi
vbi ē amor cōcupiscētie: sed inclinationē p modum
cuiusdā cōplacētie ⁊ quietis ac inherentie ad ama
tū vbi ē amor honeste amicitie. Ista igit̄ inherē
tia requirit vt inherens attingat illud cui inheret.
v3 amatū: aut igit̄ hoc ē qz amatum attrahitur ad
amātē sp̄ūalit̄ aut qz amās egredit̄ ad amatū spi
ritualit̄: sed experientia docet q̄ amās nō attrahit
amatū in amore honesto ⁊ amicitie: imo talis est
amor desiderii ⁊ ɔcupiscētie: ergo reliqū q̄ egre
diat̄ amās ad amatū sp̄ūalit̄. vt inhereat illi ⁊ qui
escat in illo in amore honesto: sic igit̄ ē ibi in amās
v3 in eē egresso extra se ⁊ in eē a quo egredit̄ ⁊ p̄
mū quidē ē intētionale: secundū vero reale. His
p̄pōnibus suppositis deducit iste doctor p̄mā ɔclu
sionē sic oīs intellectus se. ⁊ cōplacēs amore in se
ip̄o ē in se ⁊ ante se ⁊ extra se sed tale ē vna res ter
subsistēs: ergo oē se intelligēs ⁊ amās i tribus sup
positis idē realiter subsistit: ⁊ hec fuit p̄ma ɔclusio
secūdā vero p̄bat faciliter: ⁊ p̄batio fuit tacta in p̄
mo articulo: qz ɔcessum ē ab omnibus philosophā
tibus q̄ deus immutabiliter se intelligit ⁊ in se cōpla
cet ⁊ delectat̄ voluptuosissimā vitā hn̄s vt dicit phs
i2. metaphi. ergo necesse ē vt subsistat in se realiter
⁊ ante se: vel realiter: vel saltē intētionalit̄ cum se
semp intelligat ⁊ extra se realit̄ vel intētionalit̄ cū
se semp amet. Et addit sicut etiā dicebat̄ in primo
articulo: q̄ phi elegerūt alterā p̄te disiunctiue. v3.
q̄ ante se ⁊ extra se subsistat tm̄ intētionalit̄: ⁊ hoc
dicit de platone be. aug. ⁊ de arist cōmētator in lo
cis allegat̄ ibidē. Ad rōnes Aureoli.
Sed ad veritatē ista sunt ficticia: qz nec ē verū
q̄ res intellecta p actū intelligendi capiat aliq̄d eē
apparēs nec q̄ ai̇ ā̄ō p actum amoris capiat esse
egressum nec latū extra se nec vnq̄ phi hoc sense
rūt. Ad p̄mum igitur p̄ p̄ma propositione conce
do q̄ de facto omni apparitiōe aliq̄d apparet: l3 d̄
possibili oppositū possit eē verū: qz possibile ē aliquē
habere visionē ⁊ nō videre: intellectō3 ⁊ nō intelli
gere: p̄ut extitit alibi declaratū. Et concedo q̄ in
tellectio ē q̄dā apparitio: sed ex hoc nō sequit̄ q̄ p
intellectionē res intellecta capiat eē apparēs ⁊ in
tētionale distinctū ab ip̄a: sicut iste doctor ɔcludit:
sed sequit̄ q̄ de facto omni intellectiōe aliquid ap
paret: ⁊ hoc ē verū qz omni intellectiōe aliquid in
telligit̄ sicut omni visione aliquid videt̄: nec aliud
ē intellectiōe aliquid apparere q̄3 ip̄a aliud intelli
gi: sicut nec ē aliud visione aliquid apparere q̄3 ip̄a
aliquid videri nō oportet ergo q̄ res intellecta po
nat̄ in aliquo tali esse: sed q̄ ip̄a intelligat̄ s̄m summ
esse. Et ex hoc apparet q̄ ista demōstratio a p̄ori
peccat in forma qz ɔclō quā infert nō sequit̄ ex pre
missis. Ad secūdū dicēdo: q̄ p intellectō3 res nō
capit aliq̄d tale eē: sed denoīatiuū: qz dicit̄ intelle
cta intellectiōe que ē in intelligēte: sicut opus dicit̄
humanū ab humanitate q̄ est in op̄ante. Et q̄n dicit̄
q̄ p denoīationē3 qua cesar pictus denominat̄
a pictura nō ē p̄sens picture nec apparet ve3 esse
sed ex hoc nō sequit̄ q̄ res intellecta nō sit p̄sens in
telligēti nec appareat: qz intellectio ē formalit̄ ap
paritio pictura aūt nō: ⁊ ideo nō sequit̄ res picta nō ap
paret pictura a qua denominat̄ picta: ergo res in
tellecta nō apparet intellectiōe qua denominat̄ in
tellecta. Ad tertium: l3 posset multipliciter r̄ndē
ri qz ratio multa implicat: dico tamē quando rosa
intelligit̄ abstractiue illō q̄d obiicit̄ intellectui: est
sp̄ēs rose informās intellectū: sicut pat3 p be. aug.
ii de tri. p̄ totū. vnde. c.i3 dicit̄ q̄ ē corporis sensum
aliq̄d corpus in loco: hoc ē anim anime similitu
do corporis in memoria: ⁊ q̄d ē aspicientis visio ad
eā speciē corporis et qua sensus format̄: hec ē vi
sio cogitātis ad imaginē corporis i memoria cōsti
tutā. Et q̄n dicit̄ q̄ vel sistit ibi intellectus vel nō:
dico q̄ nō sistit ibi intellectus sic q̄ nihil intelligat̄
nisi sp̄ēs illa s̄m q̄ entitas quedā est in se qz cum il
la species sit rep̄sentatiua rose: ip̄a vere cognosci
tur rosa: nō quide3 intuitiue sed abstractiue: ⁊ ideo
nō sequit̄ q̄ tm̄ intelligat̄ sp̄ēs ⁊ nō res extra: nec
q̄ sciētia sit de speciebus ⁊ nō de rebus: nec q̄ ista
p̄positio sit falsa rosa est flos. Et quādo vlterius
dicitur q̄ si mediante illa specie intellectus p̄tendi
tur ad rem habetur intentu3: quia res illa exīs in
vltimato intuitu per modum apparentis est illa de
qua est presens inquisitio: dico q̄ l3 mediante illa
specie res cognoscatur abstractiue non tamen sed
tm̄ p̄pter hoc q̄ ip̄a exstat in aliquo esse apparen
ti sicut iste doctor imaginatur: quia suffic̄it q̄ spe
cies illa sit illius rei similitudo representatiua: quo
posito sufficienter poterit in ip̄sa cognosci abstracti
ue circūscripto omni tali esse fictitio ⁊ apparenti.
Et ad veritatem omnes iste deductiones sunt con
tra eum quia si quando intellectus intelligit rosā
illud quod sibi obiicitur obiectiue est rosa posita in
tali esse intentionali ⁊ apparenti: vel intellectus si
stit in illo esse apparenti: vel non: si sic sequitur per
modū suū arguēdi q̄ itellect⁹ nō intelligeret res ex
s3 tm̄ eē apparēs ⁊ intētionales q̄ ponūtur p actū in
telligēdi: nec scia eēt d̄ reb⁹: s3 d̄ hm̄oi eē intētionali



z apparēti. q̄ꝺ ē mai⁹ incōueniēs: q̄ꝫ ſi eſſet de ſpe-
cieb⁹ illius cū illud eē appares ſꝫ eū ſit minoris en-
titatis q̄ꝫ ſint ſpecies ille. Et vlteri⁹ illa ꝓpoſitio
nō erit vera roſa ē ſiorꝫ: q2 illud eē appares cum ſit
poſitū i eē ꝑ actū itellect⁹ nō ē ſpēs ſiorꝫ. Si vero
dicaꝫ q̄ itellect⁹ nō ſiſtit i aliq̄ eſſe appat eiſed me
diāte ipſo noſcitꝫ roſa q̄ ē extra ſmēē realē q̄ꝺ ba-
bet in ſe. ita dicerē ei z, īmē cōparatōe rōnabili⁹. q̄
nō ſiſtit in ſpecie repreſentatiua roſe: ſed mediāte
ipſa. i. ipſa vere cognoſcitꝫ roſ. q̄ ē extra cū ſit rep-
ſentatiua ipſi⁹ ſꝫ eē q̄ꝺ bꝫ in ſeipſa. Ad pmū ve-
to q̄ꝺ adducit ꝑ ſcōa ꝓpoſitiōe ſua: ꝯcedo q̄ oi la-
tiōe aliq̄ꝺ ſe ēꝫ z q̄ amor ſit q̄dam latio. z ideo ꝯce-
do q̄ ꝑ amorē amās ferꝫ i amatū ſꝫ ex boc n̄ ſequi
tur q̄ capiat aliq̄ꝺ eē i atū diſtinctū a ſe z ab actu:
q2 amāte ferri i amatū nō ē niſi ꝑ amorē ei vniri. vl
īimari. Ad ſcōꝫ ꝯcedo q̄ ab amore poſſeſſiuꝫ ex
petiꝫ quādā inclinatiōē ſui ad amatuꝫ. ſed et boc
nō ſequiꝫ. q̄ attingat ipſuꝫ ponēdo ſe extra ſe in ali
quo eē intentionali z diminuto: ſufficit eniꝫ q̄ attin
gat ipſuꝫ per actū amoris. nec eſt ibi alia attingen
tia. Ex bijs patet quid dicēdū ad rōes pme con
cluſiōis ſue ꝓ3 etiā q̄ꝺ dicēduꝫ ad ea q̄ adducūtꝫ ꝑ
ſcōa ꝯclone: q2 ſuppoſito q̄ pma nō ſit vera dedu-
ctio ſcōa ē nulla: q2 nō ꝓcedit niſi ſuppoſita pma:
Et vlteri⁹ ſi pma ꝯclo eet vera determinate ꝓba-
retꝫ q̄ de⁹ ſubſiſtit in trib⁹ ſuppoſit: realib⁹ q̄ꝺ eſt ꝯ
eū. deductio patet q2 q̄cquid pōt de deo demōſtra
ri diſiunctiꝫ pōt determinate ꝓ pte pfectiōis: ſicut
dicebaꝫ deducēdo ꝯclonē. zc. Ad illiꝺ vero q̄ꝺ ad
diꝫ de platone z ariſt nec eſt verū q̄ ipſi boc ſenſe
rūt. nec eſt verꝫ q̄ be. aug. z cōmētator boc dicit it
imo totū oppoſitū appatet ex dictis. b. aug loquēs
eni ꝯ porpbirio i loco p̄ allegato ſic ait: q̄ ꝗt dicat eē
ꝓncipia. t āq̄ platonica noium⁹ dicit eni deū patrē
z deū filiū que grece appellat p̄mum intellectū vel
pmā mētē. de ſpiritu ſcō aūt aut nibil aut nō aper
te aliq̄d dicit: q̄uis quē aliū dicat boꝫ mediū nō in
telligo Et q̄buſdā ꝑ acis iterpoſitis. ſubdit. nos
itaq̄ nō dicim⁹ duo vel tria ꝓncipia cūꝫ de deo loq̄
mur ſicut nec duos deos: vel tres licitū nobis ē di-
cere bec ſunt verba be. aug z ꝑꝫ q̄ nō dicit plato-
nē dixiſſe deū ſubſiſtere an ſe: z extra ſe t m̄ intētio
nalit. nec pōt trabi etiā his. imo totū oppoſitū q2 ſi
plato diceret filiū nō babere eē realē: ſꝫ tm̄ intētio
nale nō diceret ipꝫ eſſe ꝓncipiū: cui⁹ oppoſitū ꝑꝫ ex
ex dictis beati aug. Ad rationes ꝓncipales.

Ad pꝛimam i auctoritate ricardi dico: q̄ ratio-
nes adducte ad explanatiōes coꝝ q̄ ſunt fidei non
ſunt demoſtratiue: ſed ꝑſuaſiōes z ꝓbabilitates
q̄daꝫ z ſic ipſemet exponit ſe. 5 de tri. dicunꝫ tn̄ ne
ceſſarie nō rōne euidētie ſꝫ rōe natur e. q̄ i ſe certiſ
ſima eſt z neceſſaria. Ad ſecundam rationē. cō-
cedo: z credo eam ꝯcludere.

Diſtinctio 3 Queſtio 1 a Poſtolꝰ dnāꝫ ait zc. Circa diſtinctō
nē iſtā terriā i q̄ magiſter nitiꝫ oſten
dere trinitatē ꝑſonaꝝ ꝑ imaginē rep
tām in creaturis. Quero pmo vtrꝫ ptes
imaginis create ſint eq̄lis perfectōis
entitatiue. Et vꝫ pmo q̄ ſic: q2 q̄ ſunt idē realiꝫ nō
ſe excedūt pfectionaliꝫ: q2 nibil excedit ſeipꝫ: ſꝫ me
moria intellect⁹ z volūtas ſunt ptes imaginis cre
ate z ſūt idē realiter cū ſint vna mēs vna vita vna
ſubſtātia: ut patet ꝑ be. aug. 10. de tri. c. ꝗ. Con̄. i
tellect⁹ eſt nobilior: volūtate q̄. ptes imaginis cre
ate nō ſunt eq̄lis pfectōis entitatiue: pn̄a patet q2
Quantū ad primū articulū distinguo. Primo de potentia: quia quedam dicit potentia logica: quedam vero realis z metaphisica: Potentia primo modo dicta dicit medium cōpositionis facte ab intellectu: z precise nominat non repugnantiā terminorum: talis est potentia qua homo potest eē animal: z qua triangulus potest habere tres angulos z vniuersaliter talis est potentia: qua dicitur possibile omne illud cuius terminis nō repugnāt: de tali dicit arist. 5. metaphi. c. de potentia q illud ē possibile cuius contrarium non est de necessitate veruz. Potentia vero dicta scḋo modo si sit potentia productiua de qua nunc querit est principium formale quo producens producit: sicut potentia actiua ē principium formale quo agens agit: z potentia intellectiua principium formale quo intellectus intelligit siue tale principiuz sit res distincta a producente siue non. Secundo distinguo conformiter de potentia generandi: quia potest accipi vno modo pro potentia logica: z sic in diuinis hec est possibilis: pater generat: quia isti termini non repugnant: hec autem est impossibilis: filius vl spiritus sanctus generat: quia isti termini repugnant: sicut hec est possibilis potentia sicut sumpta homo est animal: hec autez impossibilis: lapis est animal. Et isto modo non oportet q potentia generandi sit aliquod principium quo aliquis sit potens generare: sufficit enīz sola non repugnantia terminorum. Alio modo potest accipi potentia gēdi pro potentia reali z metaphisica: z sic potentia generandi in diuinis z in creaturis est principium formale: quo generās gignit genitum siue tale prīcipium sit res distincta a generante siue non. his premissis patet intellect⁹ questionis: querit enim vtrum potentia generandi in deo sit precise potentia logica qua pater potest esse ipsum generare sicut homo potest esse animal prout videt quibusdam an sit vera potentia realis z metaphi. z per cōsequens vera potentia productiua: prout videt aliqs z hec de primo.

Secūdus articul⁹. Arti. 2

Quantum ad scḋm articulum pono quattuor conclusiones. Prima est q in diuinis est vera potentia generandi: hanc probo: Primo sic: vbi

cunque est vere generans ⁊ vere genitus ⁊ vera generatio ibi est vera potētia generādi: hoc patet: q̄ ubicūq̄ est vere generās ⁊c. ibi est aliqd̄ principium quo generans gignit genitum: sed illud vocamus potentiam generandi: g̃ ⁊c. Et confirmatur: q̄ si negetur illa propositio perit oīs via probādi potentiam generandi eē in aliquo: sed cōstat q̄ in diuinis est generans vere ⁊ vere genitus: ⁊ vera generatio g̃ ⁊c. Ista rō ɔfirmatur auctoritate Aug. 5 spiritu ⁊ aia vltra mediū vbi dicit: q̄ sicut q̄ vult habet voluntatem: ita potestatem qui potest: sed implicatio ɔtradictionis est aliquem velle ⁊ nō habere voluntatem igitur implicatio est aliquem posse ⁊ nō habere potestatem g̃ ⁊c. quicūq̄ generat siue in diuinis siue in creaturis habet potestatem ū potentiam generandi. Scḋo sic: filius in diuinis est vere genitus: vel igitur ab eo: qui habet potentiam generandi ipsum: vel ab eo: qui nō habet potentiam generandi ipsum: scḋm dari nō potest: q̄ sicut implicatio cōtradictionis est q̄ aliquid creetur ab illo qui nō habet potētiam creandi ipsum: sic implicatio est q̄ aliquid generetur ab illo qui nō habet potentiam generandi ipsum relinquitur g̃ primum: ⁊ sic intentum. Tertio sic: sicut se habet agens ad potentiam actiuam: sic generās ad potētiā generandi: sed implicatio ɔtradictionis est q̄ aliquid sit vere ⁊ realiter agens ⁊ nō habeat potētiam actiuam: igitur implicatio ɔtradictionis est q̄ aliquid sit vere ⁊ realiter generans ⁊ nō habeat potentiam generatiuam. Et cōfirmatur: q̄ nunq̄ aliqs catholicus negauit quin in patre sit aliqd̄ principium: quo generandi filium ⁊ illud doctores vocant potentiā generandi: g̃ hec est sniā expressa magistri di. 7 per totum: igitur ⁊c. Scḋa ɔclusio est q̄ potentia generandi in diuinis est vera potentia productiua ⁊ hec est ad questionē ɔsiua prob. it aūt. Primo sic: vbicūq̄ generans est vere producēs: ⁊ genitum vere productū: ⁊ generatio vera productio: illa potentia generandi est vera potentia productiua patet ex terminis sed in diuinis pater generans est vere producens ⁊ filius genitus est vere productus: ⁊ generatio vera productio iuxta doctrinam. b. Aug. 5. de tri. per totum: ⁊ catholicam veritatem g̃ ⁊c. Et ɔfirmatur: q̄ potentia creandi est vera productiua: q̄ deus creans est vere producens: ⁊ creatura vere producta ⁊ creatio vera productio: igitur a sili potentia generandi erit vera potentia productiua: q̄ pater generās ē vere pducēs ⁊c. Secūdo sic: oīs potētia q̄ est ad aliquid pducendū ē vera potētia pductiua: sed potētia generandi in diuinis est ad aliquid pducendū: g̃ maior p3: q̄ oīs potentia q̄ est ad aliqd generandū est generatiua: ⁊ oīs potētia q̄ est ad aliqd pducendū est pductiua: minor aūt est nō: q̄ potentia generatiua pris est ad pducendū filium: sicut potētia spiratiua patris ⁊ filij est ad producendū spiritū sanctū g̃ ⁊c. Et ɔfirmatur sic: q̄ sicut se habet potētia actiua ad agendum: sic potētia pductiua ad pducendū: sed oīs potentia q̄ est ad aliqd agendum: est potentia actiua: igitur oīs potentia q̄ est ad aliqd pducendū erit potētia pductiua. Tertio sic: potentia pductiua filij in diuinis dicit perfectionē simplr: ergo ɔuenit deo formalr: ɔnīa est ansbel. mono. 15. ca. vbi ex intentione pbat: q̄ oīs perfectio simplr conuenit deo formalr: ans ɔcedit etiā ab aduersarijs q̄ potentia pductiua creature dicit perfectionem simplr: igitur multo magis vt dicit potentia pductiua dei ⁊ creatoris. Et ɔfirmatur: q̄ q̄cūq̄ actus ⁊ potentia sic se habent. q̄ potētia dicit pfectionē simplr actus aūt nō: nō minus imo magis enti q̄ pfectissimo simplr ɔpetit potentia q̄ actus: patet: ex terminis. sed potentia pductiua filij ⁊ spiritus sancti dicit perfectionem simplr: pductiones aūt nō: etiam per aduersarios: igitur nō minus imo magis enti perfectissimo simplr cuiusmodi est deus ɔuenit potentia pductiua filij ⁊ spiritus sancti q̄ ipsa pductio. Aureolus in 1. di. 7. q. 1. ar. 2.

Nec valet euasio dicentiū: q̄ potentia productiua filij vel spiritus sancti si esset possibilis diceret perfectionem simplr: nō est aūt possibilis s3 impossibilis: q̄ sequitur aliqua perfectio simplr est impossibilis deo: igitur deus non est simplr perfectus per inclusionem oīs perfectionis: qd̄ est hereticum. Et vlterius sequitur: igitur deus nō est deus: qd̄ est cōtradictio: Et cōfirmatur: q̄ si velle vel intelligere eēt deo impossibile: deus nō eēt simplr perfectus: q̄ hec dicunt perfectionē simplr: igitur a simili si potētia productiua filij vel spiritus sancti dicit perfectionem simplr ⁊ est in deo impossibilis deus non erit simplr ⁊ vlr perfectus igitur euasio data nō est catholica. Quarto ad principale sic: potentia generandi in diuinis non est precise potentia logica que solum est necessitas vel nō repugnantia terminorū: qualis est potētia qua homo vel leo potest esse animal: igitur est vera potentia productiua: cōsequentia patet: et fundamētū oppositum opinātium: qui ɔ dicunt potentiā generandi nō eē potētiam productiuā: q̄ solū est potentia logica: ans pbatur: q̄ potentia logica est precise potētia ad esse: nō ad agere vel operari: sicut patet de potētia q̄ homo pōt esse animal: ⁊ sic de alijs: sed potētia generandi in patre est precise potentia ad esse: ita q̄ nō ad agere vel producere: aliter pater in diuinis nō magis pduceret filium q̄ econuerso: quod est erroneum g̃ ⁊c. Et cōfirmatur: q̄ magister infra. di. 7. ɔcedit. q̄ eadem est potentia qua pater pōt generare ⁊ qua filius pōt generari: ⁊ q̄ potentia generandi sit in filio: hec aūt eēnt falsa si potētia generandi eēt precise potētia logica qua pater potest eē pater: sicut homo pōt esse animal: q̄ cōstat q̄ in filio nō est aliqua potentia: qua possit eē pater igitur talis est vera potentia productiua. Preterea. b. Aug. li. 3 ɔ maximū. 7. c. arguit sic: aut deus pater potuit gignere filiū sibi equalem ⁊ noluit: ⁊ sic inuidus: aut voluit ⁊ nō potuit ⁊ sic impotēs ⁊ infirmus: hec aūt illatio est nulla si negatio generatiue potētie esset negatio alicuius potentie: sed sequitur etiā per tenentes ɔ̄ ueni oppositā negatō generatiue potētie est negatio alicuius potentie: igitur potentia generandi nō solum est potētia logica: sed vera potētia pductiua: igitur ⁊c. Item. b. Aug. ɔtra eundem hereticū ibidem arguit sic: si pater nō potest generare filium sibi equalem vbi est oīpotentia dei patris: hec aūt illatio est nulla: sicut ⁊ precedēs si potentia generandi nō pertineret ad oīpotētiam: s3 bene sequitur potentia generandi pertinet ad oīpotentiam: igitur nō solum est potentia logica: sed vera potentia pductiua: g̃ ⁊c. Ad istas tamē auctoritates quidam doctor.

Aureolus q. 1. supra arti. 3.

Multipliciter respondet. dicit q̄ nō intendit. hec Aug: q̄ potentia generandi pertineat ad oīpotentiam patris: cum quicqd pertinet ad oīpotentiam sit perfectio simplr ⁊ per ɔnīs cōe patri ⁊ filio: sed arguit g̃ ibi vt dicit ɔtra hominem: q̄ contra hereticū maximinū qui putabat q̄ potuisse gignere creatorem celi ⁊ terre esset magna potentia. Et quōm ferebat: q̄ pater esset potentior filio Et ex eodem



medio vt dicit iste doc. arguit Aug. contra eu: Qm mo filius sit oipotens alioquin pater no erit omnipotens nisi potuerit si voluerit oipotentem filium generare no igit fallit mens Aug. q potentia generandi sit aliqua pductiua potentia alioquin in eisdez verbis contradiceret sibi: qd patet ex duob: vt dicit iste doc. primo. qz dicit patrez no esse oipotentem nisi oipotentem filium genuisset: no qz no potuit p hoc excludens ab oipotentia potentiam generandi. scdo qz ait filium no genuisse: no qz no potuit hoc est no rone ipotentie alicuius. Sed ad veritatez expositionis huius contradicit dicti. b Aug. et dici, ppriis primu pz: qz. b. Aug. vult q potentia generandi no solu sit in patre sed etia in filio arguebat n. hereticus contra eum sic: si pr posset gnare: cum filius no possit gnare pr erit potentior filio. Ad qd rndet. b. Aug. vbi supra. c. 13. d. q filius no genuit no qz no potuit sed qz no oportuit: qd expones magister di. 7 c. 5. dicit: q n gz no: potuit e dictu q n ex ipotetia sint qz potentia gnandi ei filio vt declarat magister ibide. c. sequete vult g. b. Aug. q fili no eet oipotens: si potetia gnandi no esset in eo et per consequens potentia gnandi fm. b. Aug. et magri pertinet ad oipotentia. Preterea qui dicit patrez no ee oipotente: nisi possit oipotente filiu gnare no excludit ex oipotentia potentia gnandi oppositu predicati infert oppositu subiecti: sed b. Aug. dicit hoc expresse vt pz per auctoritate superius allegata g fm eu patet qz iste doc. in eadem questione dicit: q potetia pductiua dei et creatoris dicit perfectione simplr nunc vero dicit oppositum pbat. n. q talis potetia no pertinet ad oipotetiaz qz quicqd ptinet ad oipotentia est pfectio simplr et p ons coepotens et filio et ista contradicit expresse. Et cofirmat: qz vel potentia pductiua dei et creatoris est perfectio simplr vel no. si dicat q no contradicit sibi euidenter: si dicat q sic: igit no probat q no ptineat ad oipotentia. cum sit perfectio simplr: qz quicqd ptinet ad oipotetia dicit pfectionem simplr cuius oppositu dicit in hac solutione. Preterea ro. b. Aug. fm istum doc e bona contra arrianos q putabat: q posse gignere creatore celi et terre esset magna potetia: igit est bona contra eum: ipse. n. cocedit q ista sit magna potentia imo cocedit q dicit perfectione simplr: qz potetia pductiua creature importat pfectione simplr: no multo forti vt dicit potetia pductiua dei et creatoris: pz igit q ex potetia illa contradicit no solu dicti b. Aug. sed etia dicti, ppriis: et per ons pz illa sclusio. Tertia sclusio est q potetia gnandi in diuinis est potetia pductiua verbi:

pbat primo sic: oe qd pducit aliqd realr a se distinctu habet potetia pductiua respectu illius: sz pater gnans in diuinis vere et realr pducit filium realr a se distinctu: g maior pz: qz oe qd vere et realr pducit alteru habet potetia per qua pot illud pducere: sed potetia pductiua no est aliud q potentia p qua pducens pot alteru pducere: g minor aut e catholica: igit et c. Scdo sic filius in diuinis e vere pductus: vel igit ab illo qui habet virtute pducendi ipm vel ab illo q habet potentia pducedi ipz. scdm dari no pot: qz sicut est implicatio q aliquid generet ab illo: q no habet potentiam generandi ipm: vt patet ex. 1. ° ne: ita est implicatio q aliqd pducat ab illo q no habet potentia pducendi relinquit g primu: et sic intentum: qz ostat q talis potentia no est nisi potentia generandi et p ons potetia generandi in diuinis est potentia pductiua filii. Ista sclusio posset sfirmari pluribus aliis ronib: verum qz satis euidenter sequit ex precedenti: qz sequit potentia generandi in diuinis est vera potentia pductiua: igit est pductiua verbi: icirco pertransco. Quarta sclusio est q lz potentia generandi in diuinis sit potetia pductiua verbi no e tn pductiua siue electiua gnationis actiue. Et hoc

pbat primo sic implicatio contradictiois est. q formale ostitutiuuz suppositi totalr in pducti sit elicitu vel pductum: hoc pz: qz oppositu predicati infert oppositu subiecti: gnatio actiua est huiusmodi g. pbat minor: qz paternitas e formale ostitutiuu suppositi paterni: qd est totalr improductuz paternitas aut et generato actiua ide sunt penitus solu distincta noi alr vt pz per magrm di. 27 igit et c. Secudo sic. si generatio actiua sit elicita vel pducta: eius principiu electiuu aut est e entia vl ppetas vel persona: no ecentia: qz cum nihil elicat nec producat seipm fm Aug. 1 de tri. c 1. gnatio actiua in diuinis no eet elicita: qd e erroneu. Nec ppetas qz vl ppetas pris puta prnitas vl ppetas filii vel spiritus sancti no paternitas: qz sequeret: q gnatio actiua no esset paternitas: qd est contra magrm et veritate: nec proprietas filii vel spiritus sancti: qz repugnat ppetati persone pducte elicere formale ostitutiuu eius a quo pducit. Nec persona: qz vl psona patris vel spiritus sancti vel alia: no psona patris tu qz distingueret realr a patre tum qz nullum suppositu elicit vel pducit formale ostitutiuuz sui. Nec psona filii vel spiritus sancti: tu qz pater nihil accipit a filio nec a spiritu sancto: sed econtra tu qz pater aliquo mo eet a filio et a spiritu sancto: tu qz cum pater sit pr. qz gnat pr haberet a filio et a spiritu sancto: q eet pr: qd no coson at catholice veritati. Nec ab alio. quia tuc in diuinis eet quaternitas psonaru. qd e contra determinationem ecclesie vt patet extra de su tri. c. dednam. Tertio sic repugnantia contradictionis e q realis proprietas suppositi diuini: qd fm nihil sui est ab alio sit elicita vel producta: sed gnatio actiua e realis ppetas g et c. maior pz: qz si talis ppetas eet elicita: vel eliceret ab alio vel ab illo cuius e ppetas: si ab alio: igit suppositu cui eet fz aliqd sui ab alio et ex supposito fz nihil sui e ab alio et sic contradictio si ab illo: cu nihil elicit seipm distingueret realr ab eo et p ons tale suppositu n erit suppositu diuinu q e ctra positu: et sic contradicto: maior. pbat: qz gnatio actiua i diuinis e realis ppetas pris pr aut fm nihil sui e ab alio: qz fm regulam. b. Aug. sicut quicquid hz filius hz a patre: sicut quicqd hz pater habet a se. Quarto sic nullus actus pprius primi suppositi diuini elicit ab alio et ex quo e separabilis ab eo e elicitus vel productus: gnare e huiusmodi g maior pz qz ex quo e actus pprius primi suppositi diuini no el eet ab alio et ex quo e separabilis ab eo no elicit ab ipo et sic a nullo: minor e no. igit et c: et hec de scdo arti. Tertius et quartus arti.

Qantu ad. 3. et. 4. arti. contra sclusiones istas mouenda et dissoluenda sunt dubia. Et primo contra tres primas sclusiones sit quedam opinio que ponit q potentia gnandi no nominat aliqd principiu pductiuuz in diuinis nec per ons e potentia productiua: sed solu identitatiua sicut potentia qua deus pot esse deus vel pater pot esse pater

Aureolus vbi supra ar. 2.

Et pro opinione arguit multipliciter: Primo sic vbi productio no e elicita: vbi no e potentia pductiua: sed in diuinis generare et spirare no sunt productiones elicite: qz pater nihil habet elicitum: et po



fissime id quo formalr cōstituitr in esse suppositi: nō potest esse elicitiuū z aliunde alr nō eēt suppositū pductum: ḡ zc. Preterea posse esse patrem nō ē posse potentie pductiue: sed ē posse ɔnexionis necessarie: eo mō q pōt eē aīl vel diameter pōt nō cōmensurari coste: sz posse generare i deo nō ē posse potentie productiue: maior pz: qz si posse eē patrē caderet sub aliqua potētia pductiua: necessario pr pduceret eē in eē prem in diuinis: qđ ē erroneū: minor pbatr: qz idem ē prnitas z gñatio: igit idem ē posse eē prez z posse generare. Et ɔfirmatr ɔ istas duas potētias z ipotētias pr pot esse pr. filius nō pōt esse pr: pr pōt generare: filius nō pōt generare: nō esset verum nisi posse generare z posse esse prem eent idem. Preterea. si potentia generandi ē vera potētia pductiua: aliqua pfectio simplr in pre que nō est in filio z sic filius nō esset simplr perfectus: qđ ē erroneum: ɔña pbatr qz potentia pductiua creature importat pfectionem simplr: igit multo fortius potentia pductiua dei z creato: igit si potētia gñandi sit vera potentia pductiua: cum potētia gñandi nō sit in filio: aliqua perfectio simplr erit in pre que nō erit in filio. Preterea: cuius negatio nō ē negatio potentie: ipm nō ē formalr potentia: sed negatio gñatiue potētie nō ē negatio alicuius potētie sed impossibilitas terminorū tm nō ḡ zc. maior pz: qz negatio potētie ē negatio alicuius qđ ē formalr potentia: minor ē. be. Aug. ɔ diuini ɔ maximinū li. 3. c. 13. o. q filius non genuit: nō qz nō potuit: sed qz nō oportuit: qđ exponens magister di. 7. dicit q nō potuit est dictu q nulla impotentia seu negatio potētie fuit: alio quin denegaret filio aliqua potentia quā babet pater: z ita eēt pr potentior filio z plures potentias babens: cuius oppositum Aug. dicit z fides. Preterea: in pre formalr z necessario nō pōt poni aliq potentia medians inter ipm z sum formale: igit potentia que dicit possibilitatem sil z necessitatez terminorum: boc pz qz si poneret potentia producti ua inter ipm z suū formale sequeretur ipsum pduceret suum formale: quod eē oio impossibile. sz res importata p generare ē formale ɔstitutiuū pris sic q per illam rem pr est formalr suppositum reale: z potentia gñandi medians inter prem z gñare nō ē potentia productiua ḡ pura necessitas z actualitas terminorū: sicut bō babet potentiaz vt sit animal. Preterea pbs dicit. 5. metaphi q negatō alicuius pprietatis debite gñi aut spēi dicitr priuatio in cōtento infra genus: vel speciez vñ talpa dicitr priuari visu qz genus animalis babet visuz: sed priuatio potentie est impotentia: igit illud pōt dici impotens: qđ caret potentia debita suo gñi: sz sic est q filius caret potentia gñandi: igit si potentia generandi est potētia pductiua: filius carebit potentia debita alicui eiusdem rōnis z p ɔñs impotens dici poterit: z erit in eo impotentia: qđ negat mgr z Aug. z fides. Preterea cuius oppositū nō ē impotētia: sed impossibilitas: ipm nō ē potētia pductiua sed tm impossibilitas terminorū: sicut patet q ia diametro nō posse mensurare costā non est impotentia sed impossibilitas sed expresse dicit magister q filiū nō posse generare nō est impotentia: sed est nō oportere ita eē: qz filius pprietate necessitatis filius est: qua oportet eū nō esse prem: igit potentia gñandi nō est principiū pductiuū. Preterea: mgr in principio 7. di. e ita etiaz eq ip tat duas ppositiones pater nō babet potētiā: q posset eē filius: filius nō babet potentiam qua possit esse pr. sed cōstat q ipotētia qua pr nō pōt eē filius: nō est carentia alicuius potentie productiue sed impossibilitas pura z repugnantia terminorū igit nec ipotētia qua filius nō pōt eē pr: bec aūt est eadē cum illa: qua nō pōt generare igit nō posse gñare nō ē negatio potētie pductiue. Preterea: si potentia gñandi sit aliqđ formale principiū quo pr eliciat gñare aut illud est paternitas: aut essentia aut tota psona vtrunq includens: nō prnitas: qz gñare z paternitas sunt eadem res solum distincta roi alr. vt dicit mgr: idem aūt nō pōt esse principium pducendi respectu suipsius nec psona: qz tunc gñare egrederet a persona: z eēt aliud realr ab ea cum nibil egrediatr a se nec essentia per eandem rōnem: igit ipossibile est poni q generare importet aliquam potentiā. vel principiū pductiuū Et cōfirmatr: qz si gñare pfluxeret ab aliqua potentia pductiua ipm eēt qđā possibile p ducunquātū generare facit ipm eē prem: z itez pr ageret in se cādo in se generationē: z ipiratio nem z infinita impossibilia que sequuntr nō igitur pōt poni gñare profluere a gñatiua potētia tāq a pncipio pductiuo formalr: Ista videtr intētio pbi 12. metaphi. dīcit q ōnis videatr q oē agens babear potentiā qua possit agere: nō tn est sic: qđ exponit comentator cōmento. 30. d. q impossibile est q ois motor z agens babeat potentiā mouendi z agendi: oē. n. eternū ē actio pura: z oē qđ est actio pura nō babet potentiā: sed cōstat q deus pater producens est eternus z actio pura in producendo: ḡ nō oportet q babeat potētiā pductiuaz. Itē in eodem. 12. probat q pmus motor nō est in potētia ad motionē imo sibi repugnat rōne sue perfectionis sed potētia generandi si eēt pductiua non eēt dubiū q eēt actiua: ḡ talis potētia non ē ponenda in deo. Ad rōnes aureoli. Rño ad aureol.

Ad primum istorum: nego maiorem: qz lz vbi productio nō sit elicitiua ibi nō sit potētia pductiua illius pductionis pōt tn esse potētia pductiua illius termini pducti p illam pductionem igit sic arguēdo p cedit a pluribus causis veritatis ad vnā z per ɔñs cōmittit fallā ɔñtis. Ad secūm dico ad maiorem q lz posse eē patrem nō sit posse potentie pductiue respectu paternitatis vel generatiōis actiue: qz sic pater produceret in esse patrē eē posse potētie pductiue respectu verbi qz iō pr qz generat filium vel verbum: z sub isto sensu ē admissa minore concedo q posse gñare in deo nō est posse potētie pductiue respectu gñationis actiue: vel paternitatis: sed respectu suppositi verbi. Et ad ɔfirmationem mgri ɔcedo q posse eē patrem z posse gñare idem sunt: qz pr nō est pr nisi qz gñat: nec pōt eē pr nisi qz pōt gñare: z iō filius nō pōt eē pr qz nō pōt gñare sed ex boc nō sequitr q potentia gñandi in pre nō sit vera potētia pductiua verbi lz sequatr q nō sit potentia productiua gñationis actiue: vt pz ex dictis. Ad tertiū nego ɔsequētiā. Et ad probationem ɔcedo: q potētia productiua dei creatoris dicit perfectionē simplicitr z ex boc ɔcluditr q necessario cōueniat deo formaliter vt pz ex tertia rōne superius adducta sed qñ dicitr q potentia gñandi nō est in filio falsuz ē: imo oppositum buius ponit be. Aug. z magister in lra di. 7. Ad quartū nego minorē Et ad probationē dico: q Aug. z mgr dicūt oppositū vult. n. b. Aug. q filius nō genuit: nō qz nō potuit. i. nō: qz nō fuit in ipso potentia gñandi: z bec est glosa mgri Et qñ dicitr: q mgr dicit. q non potuit est dictu q nulla impotentia vel negatio in potentia fuit: ista propositio pōt babere bonuz vel malum intellectum: pōt quidē babere bonum si di


eat. q nõ potuit: est dictu q nulla impotentia fuit: id est. q nõ posse nõ prouenit ex eo q potentia gñandi nõ sit in filio: pōt et habere malū si intelligat q nulla potentia fuit .i. q potētia gñandi nõ sit aliqua potentia prīn intellectū habuit mgr̄ sed3 arguēs: r iō cō nulla. Ad quintū ɔcedo ɔ̄nem: qz iō ũ sequit q potentia gñandi in pr̄e nõ sit potētia productiua gñationis actiue ꝑ quā pr̄ ɔstituit: r c. sz ex hoc nõ sequit q non sit potētia productiua verbi. Ad sextum pz q procedit ex falso fundamēto: qz supponit q potentia gñandi nõ sit in filio: qd est falsum. Ad septimū dico: q peruertit dicta mgrī qz nõ vult mgr q filium nõ posse gñare nõ sit in potentia .i. q negatio potētie gñandi nõ sit in potētia: sed iō nõ posse gñare nõ est in potētia in filio: qz in ipso ē potētia gñandi lz nõ sit nec eē possit act' gñationis: r hec est sñia .be. Aug. qm mgr exponit. Ad octauū dico q i diuinis gñare r posse gñare idē sunt qz ibi nõ differunt eē r posse esse: r iō posse eē includit duo .s. potentiam gñandi r ipsum gñare: r qz i diuinis posse gñare r posse eē prem idem sunt: posse eē patrem includit potentiā gñandi r ipm gñare. Quibus premissis: dico q filius nõ habet potētiā qua possit eē pr̄ lz habeat potētiā gñandi nõ tñ habet ipm gñare nec habere pōt r iō nõ pōt esse pr̄. r sic loquit mgr: r iō cōcedo q nõ posse eē prem vel nõ posse gñare nõ ē negatio potētie pductiue: qz ista possunt negari ab aliquo hñte potentiam gñandi: sed nõ habere potentiā gñandi est vere r realr negatio potentie pductiue. Ad nonum ɔcedo q potentia gñandi nõ est aliqd formale pncipiū quo pater eliciat gñare: est enī formale pncipiū quo producit verbū in vtrū aūt tale pncipiū sit essentia vl paternitas vel persona videbit di.7. Ad cōfirmatione pz q supponit potentiā generandi eē productiuā siue elicitiuā generationis actiue: qd nõ ē verum. Ad auctoritates phī r comentatoris dico q potētia quedam ē abiciens actū r quedā cōiuncta actui vt pz per phm. 2. de aīa. Intentio g phī r comētatoris ē q primus motor cū sit etern' nõ habet potentiam abicientē aliquotiens actum: sic q nõ moueat r mō nõ habet cū potentiā semper ɔiunctā actui: r iō sm. eos est actio pura id est semp agens siue mouens: r q illa sit intentio comētatoris pz ibidē dicit .11. i pncipio illius comēti exponens verba phī. d. q primus motor ē actio pura: sine aliqua potentia q in nulla hora e motor in potentia .s. .11. nõ fuerit actio pura: sed cum potentia aliqua hora erit in qua nõ erit motor igit loquit d potētia abiciente actū r nõ de potētia simplr igit dicta phī r comentatoris non sunt ad propositum.

Contra quartam conclusionem quidem doctor noster argūt.

Michael Michael de massa in .1. di 5. q. 2. ar. 2.

Primo sic. quandocūqz vnum relatiuū infert aliud r producit ipsum sm veram habitudinē originatur oportet ibi esse originationem r principiū elicitiuū originationis tāqz actionis: r elicitiuū termini originati tāqz acti vel producti: sz in diuinis vnū relatiuū infert aliud r originat: igitur oportet ibi esse originationem r principium elicitiū: r c. maior patet: minor dato: q non sit ibi vera originatio: igit ibi non erit verum originatum. Itez dato: q non sit ibi verum principium elicitiuum originationis tāqz actionis arguitur illa originatio non est vera actio de genere actionis. Item dato: q non sit ibi principium elicitiuū termini originati tāqz acti vel producti: ergo erit originans r originatuz sine principio originatiuo, r elicitatiuo: qd est contradictio. Preterea. in omni supposito i quo respectu alicuius termini pducti ē duplex quo: scilicet principium elicitiuū r ipsa met productio de gñe actionis idē ē pncipiū elicitiuū siue pductiuū: actōis r termini producti sub alia rō r alia ratione: quia actionis quoddā est principium productiuū tāqz eius quo agit sicut actione nam actio est sm quā agēs agere dicit sz auctorē sex pncipiorū termini vero pducti est pductiuū tāqz ei' qd sic termini producti agens agit sed in pr̄e in diuinis respectu filij pducti est duplex quo .s. eēntia que ē quo sicut pncipiū elicitiuū: r ipsa actio que est quo sic actio sz quā pater pducit filium g essentia diuina eadē penitus exñs ē pncipiū elicitiuū: siue pductiuū generationis actiue tāqz actionis r filij tāqz termini pducti. Preterea: sicut se habz spiratio actiua stando infra ambitū efficient vl originant ad supposita pr̄e r filij: ita se habet generatio actiua ad suppositum pr̄is: sed stando infra dictam habitudinem pr̄ r filius nõ habēt spiratione actiuā nisi elicitiue: ita q spiratio actiua vere est elicitiua sic actio igit eodem mō pr̄ habet generationē actiuā maior pz: qz ex quo excipit eadem habitudo r sm eandem rōnē: oportet: q vniformiter se habeant: minor aūt est nota vt dnt g r c. Preterea: illud a quo nõ est generatio actio: nec tāqz terminus pductus nec tāqz productio sm qm agens producit: nõ pōt generare siue producere aliquid actiue: sed parte a patre nõ est generatio actio: nec sicut terminus pductus nec sicut productio sm quā agēs habet: q pducat actualr pductuz: igit pater nihil producit actiue: qd est erroneū: probat maior: qz sicut dicit auctor sex pncipiorū: actio est sz quā agere dicimur. si g nõ se habet actiue ad generationē q est actio nihil pducit actiue. Preterea si per impossibile poneret calefactio i aliquo nõ hñte ad ipam aliquo mō habitudinem cause efficient sequeret: q inter calefacionē r habēs eaz sit precise formalis habitudo vel quasi formalis: sed per habitudine formalē precise nõ habet aliqd suppositum q efficiat aliqd aliud a se: g habens affectionez sic calefactionē actiuā dūmodo nõ habeat eā actiue sic q habitudo habentis calefactione ad ipsaz calefactionē sit hītudo infra ambitū agētis nõ potest per illā calefactionez aliqd producere actiue.

Preterea sicut se habet formalis perfectio ad denominandū aliquid denominatione formali: sic suo mō actualis perfectio actiua q est actio ad denominandū aliqd denominatione actiua: sz impossibile est q aliqd denominet tali denominatione formali: nisi stando infra ambitū denominationis formalis: nam qm aliquid habeat ad calorē habitudinē efficient si nõ habeat hītudinem formalem nõ diceret calidū: sicut pz de deo: g eodez mō si aliquid haberet ad actionē hītudinem formalem si nõ haberet habitudinem efficientem: nūqz diceret actiue agere vl efficere: igit si pater i diuinis non habeat ad gñetionem actiuam habitudinem agentis ita q sit pater sit pncipium elicitiuū ipsi pater per huiusmodi generationem nihil producit actiue: qd est erroneuz. Preterea qm duo extrema respiciunt se mutuo precise per aliquod mediū eandem habitudinem habet extremum ad extremum quam habent extrema ad medium quia dato q aliter se mutuo respiciant: igitur non se respicient per illud medium precise: sed calefaciens respicit calefactū per calefactionem tāqz per medium: ergo eandem habitudinem habet calefaciēs ad calefactum: quam habet ad calefactionem sed



stante conclusione posita: non habz ad calefactionem habitudinem agentis: sed solum respicit eam sicut formam suam: ergo nec ad ipsã calefactionem poterit habere habitudinem agentis ⁊ per ꝯñs nunq̃ calefaciet active ipsam calefactionem: quod ē impossibile. Et similiter potest ad omnia applicari. Preterea ubi est formaliter actio de genere actiõis sive sit constitutiva suppositi sive nõ: in eodem ē formalis ⁊ quiditativa ratio actionis: sed quiditativa ratio actionis inquantum est de genere actionis ē q̃ sit ab aliquo sicut ab agente ut patet .3. phisico. igitur hoc cõvenit omni actiõi de genere actiõis: cū igitur in divinis sit vera actio formaliter oportet q̃ ipsa actio sit ab aliquo agente: in quo sit pricipiū eius tanq̃ actiõis: & nõ tanq̃ rei acte vel pducte p modū termini. Preterea vel intelligis: q̃ nõ sit de rõne actionis q̃ egrediatur ab agente: tanq̃ terminus pductus: ⁊ hoc ꝯcedit: vel q̃ nõ est de ratiõe sui q̃ egrediatur tanq̃ actio: sed sufficit q̃ actio formalis sit eius: ⁊ tūc sequeret q̃ essentia divina hñs generationē activā formaliter generaret active. qd est ꝯ fidē ⁊ ꝯciliū extra: de fide catholica. ⁊c. Preterea ꝯciliū in illo. c. damnamus ꝯcedit q̃ pater generat: ⁊ negat q̃ essentia generat sed negat essentiā generate elicitive sicut q̃ essentie ad generationē activā sit habitudo cãe agentis vel pducentis igitur. sub eodē intellectu sm intētionē ꝯciliū oportet q̃ patris ad generationē activā sit habitudo cãe agẽtis: vel producentis. minor pz. at: qz ꝯciliū in negãdo activā generationē a essentia capit sententiam be. aug. pmo. de tri. c. 1. q̃ nulla res seipsaz gignit ut sit. sed cõstat q̃ cõiter be. aug. dicit q̃ nulla res seipsam ⁊c. ipse accepit gignē sm habitudinez cãe agentis. igitur ⁊c.

Rño ad
micha.

Rño ad rõnes michaelis.

Ad pmū istorū nego. maiorē quãtū ad illud pmū eius: q̃ oportet ibi ee pncipiū. elicitivū originatiõis. Et ad pbati nē q̃n dicit. q̃ nõ sit ibi verum pncipiū. elicitivū generatiõis illa originatio non erit vera actio p interceptionē: qz nõ est de rõne actionis ut actio est: licz forte sit de rõne actionis limitate est elici. vel pduci sed solū est ei id sm qd agens vel pducēs dicitur agere vel pducere. ⁊ pterea hoc habet veritatē ubi actio nõ est ꝯstitutiva suppositi totaliter iproducti: sic i proposito. Potest etiā dici q̃ ista rõ una cū sequentib⁹ supponitur q̃ generatio activa in divinis sit vera actio de genere actionis: qd ab omnibus nõ cõcedit. Ad scdm etiā nego maiorez: qz lz forte veritatē habeat de actiõe limitata que nõ est ꝯstitutiva suppositi totaliter iproducti: nõ tamē de actione illimitata ⁊ ꝯstitutiva suppositi totaliter iproducti: qualis est generatio activa in divinis. Nec auctoritas auctoris sex principiorū est ad ppositum: quia nõ sequitur actio est sm quam agens agere dicitur igitur est elicita vel producta: nec sicut terminus pductus. nec aliquo modo: immo hoc accidit totaliter actioni ⁊ etiā creature. Ad tertium nego minorez: quia spiratio activa cum sit in patre totaliter iproducto non est aliquo modo elicita vel pducta. Ad quartum nego maiorem: si intelligatur q̃ illud a quo non est generatio actio elicitive nõ potest generare: quia ad hoc q̃ generet sufficit q̃ habeat potentiaz generãdi cõmunicatam actu generationis: sive talis generatio sit elicita. sive non. Nec auctoritas sex principiorum: ut patet ex dictis est ad ppositū. Ad quintum concedo: q̃ per habitudinem formaliter precise non habet aliquod suppositum q̃ eliciat: sz

q̃ respectu unius habet habitudinem formalez respectu alterius potest habere habitudinem efficientis vel pducentis: ⁊ sic est in pposito: quia lz pater respectu generatiõis active precise habeat habitudinem formalem eo modo quo talis habitudo locum habet in divinis respectu tamen filii habet habitudinez generantis ⁊ pducentis: ⁊ ideo vere ⁊ realiter pducit filium: lz generationem activam non pducat aliquo modo: quod patet in exēplo suo: quia si aliquis vere ⁊ realiter haberet calorem sive potentiam calefaciendi ⁊ calefactionez activā: etiam simulum istorum pduceret in seipso vere ⁊ realiter posset calefacere ⁊ calorem in alio pducere: igitur ratio non est ad ppositum. Ad sextum cõcedo minorem. minorem. ⁊ conclusionez quia gratia forme sequitur ex premissis sed non sequitur nisi q̃ respectu generationis active ad quã pater habet precise habitudinem formalem non sit agens vel pducens: quod concedit: sed q̃ per ipsam nõ sit pductivus filii non probatur per rationem. Ad septimuz. si ratio esset bona probaret q̃ generatio activa sit vere producta. nõ solum sicut actio sed sicut per se terminus productionis: quod negat iste doctor: quia assumpta eadem maiore: ⁊ minore: sequitur q̃ si generans non respicit generationem sicut per se terminum productionis nec ipsum genitum: quod est falsum. patet igitur q̃ maior est falsa immo implicat icompossibilia. qz si eadem penitus esset habitudo extremi ad extremum ⁊ ad medium: medium non esset medium sed extremum.

Ad octavum nego minorem. quia ut patet ex dictis nõ ē de rõne actiõis ut actio est: ⁊ ē ab agente.

Ad nonū intelligo q̃ nõ ē de rõne actiõis q̃ egrediatur ab agēte aliq̃ mõ. Et q̃n dr. q̃ tūc eēntia divina hñs generationē activam formaliter gnat active: nego: qz actiões sūt suppositorum ⁊ eentia divina nõ ꝯ sipaz sicut suppositum: lz pr. Ad decimū pz: q̃ male accipit sniaz cõcilii: qz nõ intelligit q̃ eēntia divina nõ sit elicitiva gñatiõis active: ⁊ pr sic: sz q̃ eēntia divina nõ sit gñativa filii pr aūt sic: hoc aūt pōt fieri. sive gñatio sit elicita sive non: ⁊ ideo nihil ad ppositū. Ad rõnes pncipales.

Rño ad
argumē.

Ad pmā multi negarent maiorē: etiaz de de actu elicito: qz si actio sit in agente: ut videt multis: cuz actio in creaturis sit aliquo modo elicita potētia activa pductiva poterit recipe intra se actū quem eliciet: sed quicquid sit ne hoc: dico q̃ nõ ē aliquod incõveniēs: q̃ potētia pductiva recipiat itra se actuz qui nõ elicit ab ea: ⁊ sic ē in pposito eo mõ quo recipere ⁊ recipi locum hñt in divinis: qz generare nõ est actus elicitus: ut patet ex pdictis. Secundã rõnē cõcedo ⁊ credo eã cõcludere ⁊c.


Distinct.
5

Ost hoc querit ⁊c. Circa istam quintam distinctionē quero cõformiter cū magistro: utrum essentia divina generet vel generet. Et videt pmo q̃ sic: qz de quocūq̃ pdicat subiectum ⁊ ppria passio subiecti: sed generare ē ppria passio patris: igit de quocūq̃ pdicat pater ⁊ generare: sed hec ē vera: immo necessaria: eentia divina est pater: igit ⁊ hec erit vera: essentia divina generat. Ad oppositum ē magister in littera. In ista questione erūt quattuor articuli. qz pmo ponam unius terminum declarationē. secūdo quadruplicem conclusionem. tertio movebo dubia. quarto respondebo.

Primus articulus.

Quãtū ad primū articulū termin⁹ declarãdus

Articu.
1



ē essentia diuina que non accipit in ꝓposito ꝓ omni re que ē essentia: qꝛ pater est res que est essentia: ꝛ tñ generat: ꝛ filius ē res que ē essentia: ꝛ tamē generatur: sed accipitur pro natura ipsa diuina que cōmunis ē tribus ꝑsonis qꝛ de essentia sic sumpta fuit controuersia inter magistrū ꝛ abbatē ioachim ꝛ multū refert inter hāc ꝛ illā acceptionē eentie: qꝛ lꝫ omnis res q̄ ē eētia sit cōmunis tribus ꝑsonis sicut eētia qꝛ pater ē res que ē eētia: ꝛ tñ pater nō ē filius nec sp̄us sanctus: sicut eentia de eentia igit̄ sumpta scđo mō nō p̄mo ꝓponit̄ presens questio: ꝛ hec de primo articulo.

Articu. 2 Secundus articulus.

Quātū ad secūdū articulū pono quattuor ꝯclusiones. Prima ē ꝙ pater no generat diuinā eentiā Secūda ē ꝙ eentia diuina non generat filium. Tertia e: ꝙ eētia in diuinis nō generat essentiā. Quarta e: ꝙ ist eentia diuina nec generat nec generat̄: nec spirat nec spirat̄. Iste ꝯclusiones sūt magistri in lr̄a. nec debet catholicis eē dubie sunt enim ꝑ ecclīam determinate extra de sum. tri. ꝛ fi. catho. dānamus. vbi sic mq̄t. ꝓpterea nos aūt sacro approbāte cōcilio credimus ꝛ cōfitemur cum petro ꝙ vna suma res sit essentia: vel natura diuina que nec generat nec generat̄ ꝛc. Sed difficile ē assignare ratione sufficietē ad hac ꝛ ideo diuerse rōnes assignant̄ a diuersis: vnde a quodā doctore.

Scotus. Scotus in p̄mo di. 5. q. 1. ar. 1.

Ratio logicalis assignat̄ ista: quicūqꝫ subiectum ē abstractū vltimata abstractiōe: ꝛ p̄dicatū ex rōne sua nō pōt p̄dicari nisi formaliter: ibi nō pōt ꝓpō eē vera nisi p se in p̄mo mō: sed ista ꝓpōne eentia diuina generat: subiectū ē abstractū vltima abstractiōe ꝛ p̄dicatū de rōne sua nō p̄dicat̄ nisi formaliter: igit̄ ꝓpō nō pōt eē vera nisi sit p se p̄mo mō. sed ista nō e p se p̄mo mō: qꝛ p̄dicatū non ē de p se intellectu subiecti oē enim qđ dicit̄ ad aliquid ē ad aliqđ p̄ter relationē. 7. de tri. c. 2. ita ꝙ relatio nō ē inter cōceptū illius absoluti. ergo ꝛc. Istius sillogismi p̄mo declarat̄ maior: deinde minor. ꝓ declaratiōe maioris. p̄mo declarat̄ q̄ sit vltimata abstractio: secūdo que sunt p̄dicata que ex rōne sua non pn̄t p̄dicari nisi formalit. Quātū ad p̄mū dicit̄ ꝙ mentibus ē triplex abstractio. Vna in substantijs q̄n natura vel quiditas abstrahit̄ a supposītis ꝓprie nature sicut abstrahit̄ cū cōcipit̄ humanitas: ꝛ hec abstractio in substātijs ē maxima: qꝛ substātie non sūt nate ꝯcernere aliqđ alterius nature: ꝛ ideo humanitas vel q̄cūqꝫ alia sbstātia sic ꝯcepta ē p̄cise ip̄a: met: qꝛ cuilibet aliꝫ extranea sicut dicit Auicen. 5. metaphi. ꝙ equinitas ē tm̄ eq̄nitas ꝛ nihil aliud.

Secūda abstractio ē in accidētibus absolutis ꝛ ista sit q̄n accidēs abstrahit̄ p̄mo de subiecto qđ ē suppositū alterius nature: secūdo ab indiuiduis ꝓprie nature. Exemplū p̄mi: albedo abstrahit̄ a subiecto qꝛ albū nō albedo cōcernit subiectū: sed non abstrahit ab indiuiduis ꝓprie nature: qꝛ albedo cōcernit hāc albedinē ꝛ illā q̄ sūt indiuidua sua. Exemplū secūdi: albeitas vl q̄ditas albedinis abstrahit ab vtroqꝫ qꝛ nec cōcernit subiectū nec hāc albedinē nec illā. Tertia abstractio ē in relationibus: ꝛ ista fit q̄n relatio abstrahit̄: nō solū a subiecto: sed a fundamēto ꝛ ab indiuiduis ꝓprijs generis: sicut paternitas vt paternitas vel q̄ditas p̄mitatis que nō cōcernit subiectū nec fundamētum nec hanc paternitatem nec illā. Ex istis narratis pꝫ vt dicit q̄ sit vltimata abstractio: qꝛ vltimata abstractio ē q̄ditatis absolutissime sumpte ab oī. eo qđ q̄ñ ē q̄ñ ē extra rōnē q̄ditatis. Quātū ad secūdū dicit̄ eē notādū ꝙ substātiua possunt dupliciter p̄dicari in diuinis: q̄nqꝫ formalit̄: ꝛ q̄nqꝫ p identitatē: sed adiectiua si p̄dicant̄ de necessitate p̄dicant̄ formaliter: ꝛ hoc qꝛ sunt adiectiua: nā ex hoc ꝙ sunt adiectiua significāt formā p modū informantis: ꝛ ideo de nullo vere dicunt̄: nisi de eo ad qđ se habēt p modū informātis de quo. s. formaliter dicunt̄: ꝛ talia vt dicūt sunt nō solū noīa adiectiua: sed oīa ꝑticipia ꝛ verba. His duobus declaratis patꝫ illa maior. s. ꝙ q̄n aliquid ē abstractū vltimata abstractiōe ita ꝙ ē abstractū ab omni eo qđ ē extra rōnē eius: ꝛ p̄dicatū nō p̄dicat̄ de aliquo alio nisi formaliter: nō ē vera vnio talis extremorū: nisi sit formalis ꝛ p se p̄mo mō: qꝛ ex q̄ illud p̄dicatū p̄cise natū ē p̄dicari formaliter: nō potest saluari veritas ꝓpter identitatē tm̄. Et qꝛ subiectum ē vltimata abstractiōe abstractum non potest stare ꝓ qualitercūqꝫ alio a se sed precise ꝓ se formaliter: ꝛ ideo oportet ꝙ sua ratio precise formaliter sit idem illi p̄dicato: qđ nō posset esse nisi illa ratio precise incideret p̄dicatum patet igit̄ maior. Minor aūt ē clara. vꝫ: ꝙ talia sunt ista extrema: essentia vel deitas generat: qꝛ essentia ꝛ deitas sunt abstracta summa abstractione generat autem est verbum: ideo nō potest p̄dicari nisi formalit. Cōtra scotum.

Rño ad scotū. Ista tamē ratio deficit multipliciter: lꝫ logicis videatur apparens: qđ ostēdo p̄mo qꝛ hec ē vera: essentia diuina creat: essentia diuina conseruat: ꝛ tamen per eum subiectum est abstractum vltimata abstractione ꝛ predicatum: cum sit verbum non potest predicari nisi formaliter. Preterea: hec ē vera: essentia est vna: ꝛ tamen non est per se primo modo s̄m istum doctorem ꝛ tamen subiectū est abstractum ꝛc. ꝛ predicatum non est natum predicari nisi formaliter per eum: cum sit adiectiuum. Et similiter he sunt vere: essentia diuina ē bona: essentia diuina est vera: ꝛ tamen nulla earum est vera per se ꝛ p̄mo modo s̄m eum: ꝛ quelibet habet cōditiones predictas. Preterea: hec est vera s̄m decretalem predictā: essentia diuina est res summa ꝛ habet conditiones predictas: ꝛ tamē predicatū non inest subiecto s̄m eum: cum nō dicatur summa res nisi in habitudine ad creaturas Et similr ista essentia videtur ab intellectu creato: ꝛ sic de alijs.

Ad istas rōnes r̄ndet quidā doctor de suis.

Frāciſ. Frāciscus de maro di. 5. q. 2. ar. 1.

Ad primam concedit: ꝙ essentia diuina non est creans nec conseruans: nec creat: nec conseruat: quia creatio non est ei intimior q̄ generatio. Ad secundam dicit: ꝙ vnitas cum sit passio priuatiua non est quiditatiue distincta: ꝛ ideo ratio nō tenet in passionibus priuatiuis. Ad tertiā dicit ꝙ iste due passiones veritas ꝛ bonitas dicunt respectus fundamentales ad intellectum ꝛ voluntatem: ꝛ in talibus regula illa siue maior tenere non potest: ꝓ eo ꝙ non sunt formaliter nisi respectus rationis.

Ad quartam etiam dicit ꝙ illa summitas etiā formaliter ꝛ actualiter non dicit nisi respectū rationis superadditum essentie. Ad quintam dicit ꝙ essentia diuina se ip̄a est terminus visionis ꝛ dilectionis beatifice primo modo.

Contra franciscum.

Rño ad frāciſ. Iste tamen solutiones non satisfaciunt: qꝛ nulla ratio soluitur de predictis. Non quidē prima. quia illa propositio: eētia diuina creat: nō negat̄ ab aliquo sancto. nec doctore. igit̄ negare ꝓpositionē est nō posse soluere rōnem. Nec secunda ꝓpter



unoꝰ p̄mo qꝫ τ si vnitas nō sit quidditatiue distincta:
non est tamen eadem deitati quidditatiue p̄ eos: qꝫ
nulla ratio p̄uatiua est eadē formalit̄ τ quidditatiue
rationi positiue vt dicūt. τ hoc sufficit iuxta regulā
eoꝝ ad hoc q̄ ista ꝓpositio: essentia diuina vel dei
tas est vna: nō sit vera: qꝫ vltimata abstractio vt
dicūt est quidditatis absolutissime sumpte ab oī eo q̄d
est quomodocūq̄ extra rōnem quidditatis sed q̄d nō ē
idē alteri quidditatiue est extra rōnem illiꝰ. q̄re τc. Et
cōfirmat̄: qꝫ sicut auicen. dicit q̄ allegat. hec ē fal
sa: equinitas est vna qꝫ equinitas vt dicit est tantū
equinitas: nec est vna: nec plures. igit̄ si dicerū au
ce. est eis ad ꝓpositū oportet cōcedere q̄ hec sit fal
sa: essentia diuina ē vna: cuius oppositū decretalis
ponit τ fides. Scd̄o qꝫ cōcedit q̄ ista regula sine ꝓ
positio nō tenet in passionibꝰ priuatiuis. igit̄ nō est
vniuersalis τ per cōñs in tali ꝓcessu cōmittit̄ cōñtio
fallacia Et cōfirmat̄ qꝫ abstractū vltimata abstra
ctione nō magis abstrahit̄ a suis passionibus posi
tiuis: q̄ a priuatiuis: qꝫ nō magis repugnat sibi q̄ sit
sua passio positiua: q̄ sit priuatiua. igit̄ sic abstractū
nō magis recipit p̄dicationē passionis priuatiue: q̄
positiue. igit̄ si regula nō tenet in passionibꝰ priuati
uis. nec in positiuis τ sic in nullo. Nec tertia rō
soluit̄ ꝓpter tria: p̄mo: qꝫ nō ē verū q̄ veritas τ bo
nitas nō sint formalit̄ nisi respectus rōnis: qꝫ circū
scripto oī eo q̄d nō ē deus: essentia diuina ē vera τ
bona. sicut τ sapiens: τ cōstat q̄ nullus respectꝰ rō
nis ē deus: igit̄ circūscripto omni respectu rationis
essentia diuina erit vera τ bona: igit̄ hmōi passiones
nō sunt formalit̄ respectus rōnis Et cōfirmatur:
qꝫ nullus respectus rōnis ē pfectio formaliter sim
pliciter τ intrinsece: veritas τ bonitas sunt pfectio
nes simplr̄ formalit̄ τ intrinsece: vt pꝫ p ansel. mo
no. 15. igit̄ τc. Scd̄o: qꝫ supposito q̄ iste due pas
siōes nō essēt formalit̄ nisi respectus rōnis adhuc i
telligere velle τ eē sapiētē: τ hmōi sunt aliq̄ respe
ctus nō minꝰ q̄ signare: τ q̄uis oēs ille sint vere essen
tia diuina intelligit essentia diuina ē sapiēs: τ p̄simi
les: lꝫ nulla earū sit vera p se p̄mo modo sm̄ ipm ꝓpē
distinctionē formalē. Et cōfirmat̄: qꝫ hec est vera
sꝫ istū doctorē essentia diuina cōicat̄ filio τ spūi san
cto: τ cōstat q̄ cōicari ē aliq̄d respectiue nō minꝰ q̄
signare: τ tn̄ p̄dicatū huiꝰ ꝓpōnis ē verbū q̄d non p̄
dicat̄ nisi formalit̄: vt dicit: τ nō ē p se p̄mo modo.
Tertio qꝫ sic exponere regulā ē loqui ad placitum
ex quo nō assignat̄ cā: quare magis debeat tenere
in p̄dicamētis realibꝰ q̄ rōnis: qꝫ ita poterit vnus
aliꝰ dicere q̄ nō tenet in p̄dicamētis realibꝰ: sed rō
nis. Et cōfirmat̄: qꝫ abstractio vltimata abstracti
one nō minꝰ abstrahit̄ ab ente rōnis q̄ ab ente rea
li: qꝫ nō minꝰ repugnat sibi q̄ sit ens rōnis q̄ q̄ sit
quodcūq̄ ens reale sibi extraneū: igit̄ sic abstractū
nō magis recipit p̄dicationē entis rōnis q̄ entis
realis: igit̄ ꝓpter talē abstractionē hec ē falsa: essen
tia generat: τ hec eēt falsa essentia ē bona vel vera:
qꝫ supponit̄ q̄ ista dicāt p̄cise respectus rationis.
Preterea respectus rōnis nō sunt minus extra
rōnē essentie diuine q̄ actus generationis: sed ꝓpt ex
traneitatē p̄dicati: hec ē falsa vt dicūt essentia gene
rat: igit̄ τ illa essentia ē bona vel vera: si dicūt p̄cise
respectu rōnis. Preterea posita eadem causa to
tali τ p̄cisa: potētia idē efficit̄: sed totalis cā τ p̄ci
sa quare generare nō p̄dicat̄ de diuina essentia: vt
dicūt: ē qꝫ subiectū ē abstractum vltimata abstra
ctione: τ p̄dicatum nō ē natum p̄dicari nisi formali
ter: sed ista cā ē cōia: vt predicet̄ predicatum reale
siue rōnis: dūtamē nō sit natū p̄dicari nisi formalit̄:
igit̄ idē sequit̄ de vtroq̄. Ex his patet q̄ nō soluit̄


quarta ratio: qꝫ recursus ad respectū rōnis ē nul
lus: τ vlterius posito q̄ eē summū dicat respectum
rationis ad creaturā: eētū pfectissimū p inclusionē
omnis pfectiōis nō dicit respectum rōnis: qꝫ hoc
cōpetit deo etiā si p īpossibile nulla creatura esset
possibilis: τ tn̄ hec ē vera: essentia diuina ē pfectissima
p inclusionē τc. τ p̄dicatū nō ē natū p̄dicari nisi for
maliter cū sit adiectiuū τ iuxta doctrinā eorū nō ē
ꝑsone p̄mo modo: qꝫ nō omnis pfectio ē ei quiddita
tiua: vt dicūt. Quinta ratio etiā nō soluit̄. qꝫ cō
cesso q̄ essentia diuina seipā sit terminus visiōis bea
tifice nō sequit̄ q̄ actualiter videat ab intellectu cre
ato sit ei quidditatiuū: igit̄ ista essentia actualiter vide
tur ab intellectu creato: nō ē pse p̄mo modo: τ ta
mē ē vera: igitur illa regula logicalis est falsa. Di
misso igit̄ ipo τ multis alijs modis dicēdi: videtur
mihi q̄ rationes magistri sint efficatiores ī hac ma
teria: quarū p̄ma hec ē generātis ad genitū ē rela
tio realis: τ ecōuerso: igit̄ si essentia generat vl̄ gene
rat̄ realiter refert̄: τ ē ad aliquid: cōñs ē īpossibile:
qꝫ si essentia eēt ad aliq̄d: essentia nō eēt essentia: vt pa
tet p bea. aug. de tri. Igit̄ τ añs. Secunda est
hec generātis τ genitiē distinctio realis: qꝫ nulla
res seipsam gignit: vt patet p̄mo de tri. c. 1. igitur si
essentia diuina generat realiter distinguit̄ a genito:
τ si generat̄ realiter distinguit̄ a generāte: quorū
quodlibet ē īpossibile: qꝫ in diuinis nihil realiter di
stinguit̄ ab essentia: igit̄ tota causa quare essentia di
uina nec generat nec generat̄ e: qꝫ omne generās
distiguit̄ realiter a genito: τ refert̄ realiter ad ipꝫ:
q̄d essentie diuine repugnat: τ hec de secūdo articu Arti.
lo. Tertiꝰ τ quartus articulus. 3. τ. 4.

Quātū ad terciū τ quartū articulū simul cōtra
cōclusiōes istas mouēda τ dissoluēda sunt du
bia: qꝫ τ vltima cōclusio cōtinet p̄mas tres: cōtra cō
clusionē illā potest multipliciter argui. Primo sic:
omnis pater generat vel saltē genuit: hoc pꝫ: qꝫ p̄
ideo ē pater: qꝫ generat: sed essentia diuina ē pater:
ergo essentia diuina generat. Preterea: p silogismū
expositoriū sic. hic pater generat: hec essentia diuina
ē hic pater: ergo essentia diuina generat. Et confir
mat̄: qꝫ sequitur hec essentia diuina nō generat: hic
pat̄ ē hec essentia diuina: q̄ hic pat̄ non generat: cōñs
ē falsa: τ nō minor: q̄ maior. Preterea essentia di
uina ē generans: q̄ generat: cōñs ē bona: añs pbat̄:
qꝫ hec ē falsa: nullū generās ē essentia diuina: igitur
τ eius cōuersa. s. aliq̄ essentia diuina nō ē generans:
igit̄ τ hec indefinita ē vera essentia diuina ē generās:
Preterea essentia diuina ē pater filij: ergo essentia
diuina generat: añs pꝫ p cōuersionem: qꝫ pater filij
ē essentia: igit̄ essentia ē pat̄ filij. cōñs pbat̄: qꝫ sequi
par tẽpore maior patet: minor probatur sic: omnis mot⁹ est a subiecto in subiectuȝ: hoc est ab aliquo positiuo in aliud: ergo in omni motu acquiritur aliquod positiuũ nouũ: sed per illã ablationẽ partis a parte nõ acquiritur aliquod nouũ positiuũ: ergo per solã ablationẽ partis a parte nõ diminuitur forma. Septĩo vero sic: termini motus sunt incõpossibiles: sȝ partes forme sunt termini motus alterationis: ergo partes forme sunt incõpossibiles: sed incõpossibilia non possunt esse adequate simul: ergo intensio forme non fit per additionẽ partis ad partẽ: vtra ꝗ parte remanente. maior est manifesta: minor probat: quia si fiat mot⁹ a magis albo ad min⁹ albũ. terminus a quo istius motus est albedo remissa: et terminus ad quẽ est albedo intensa. Octauo: si forma intendatur per additionẽ partis ad partẽ: sequitur ꝙ nulla forma augetur: quia nec pars pcedens augetur: nec pars sequẽs: nec aggregatũ ex vtrisq; sicut fuit argutũ in pponendo questionẽ. Nono sic: omne potens inducere aliquã formã in subiecto susceptiuo forme: potest inducere consimilẽ formã in cõsimili gradu in subiecto eque: vel magis disposito ad consimilẽ formã stante consimili virtute agentis: et stante equali approximatione agentis ad passuȝ. Si ergo forma intendatur per additionẽ partis ad partẽ: agens potens inducere vnã partẽ forme: potest inducere aliaȝ partẽ equalẽ in subiecto equaliter vel magis disposito cuȝ ergo subiectũ habita vna parte forme non minus dispositũ sit ad aliaȝ partẽ forme: imo magis ꝙ erat anteꝙ illa pars forme induceretur: sequitur ꝙ agens potens inducere vnã partẽ forme: potest post inductionẽ illius partis inducere aliaȝ partẽ equalẽ parti prime inducte: priori parte remanente: et adhuc illa secũda parte inducta potest inducere aliã partẽ cõsimilẽ: remanentibus prius inductis: et cũ additio partis ad partẽ intendat et augmentet formã: sequitur ꝙ agens potens inducere formaȝ remissaȝ potest inducere formã intensaȝ: et ita calidũ remissuȝ potens inducere aliquẽ gradũ caloris: poterit inducere intensũ gradũ caloris: quod videtur inconueniens. Decimo sic: si intensio forme fiat per additionẽ partis ad parteȝ: tunc multe forme absolute eiusdẽ speciei erũt simul adequate in eodẽ subiecto. Sed si multe possunt esse simul: sequitur ꝙ infinite possunt esse simul: et ita nõ eẽt status in formis: nec eẽt supremũ nec infimũ: quia quacũq; albedine data contingit ei aliã albedinẽ addere. Undecimo sic: motus naturalis siue velocitas motus naturalis intenditur in fine: et tamen non intenditur per additionẽ partis ad parteȝ: ergo non omnis intensio forme fit per additionẽ: maior patȝ per phȝ. 4. phisi. minor pbatur sic: pars prior motus vel velocitas motus non manet in aduentu posterioris partis: hoc enim est contra rationẽ successiui. s. ꝙ pars prior et posterior maneant simul. Ultimo sic: lumẽ radij solaris quandoq; intenditur et non per additionẽ partis ad partẽ: probatur: quia cõtinue ad motũ solis fit radius in alio et alio subiecto: quia fit continue in alio et in alio loco: si enĩ radius quiesceret in eodẽ loco: sequeretur ꝙ sol quiesceret: et: si ergo lumẽ radij solaris intenderetur per additionẽ ptis ad partẽ: sequeretur ꝙ aliqua pars luminis que nunc est in ista parte aeris esset in alia parte aeris: quia lumẽ remissuȝ fuit in alia parte aeris in qua non ẽ lumen eius intensuȝ: quia ponamus ꝙ aer in quo nunc est radius quiescat. Si ergo lumen radij intendatur per additionem partis ad partem: sequitur ꝙ eadem pars luminis nunc est in vno subiecto: et iam in alio: et ita accidens migrat de subiecto in subiectum: quod est falsuȝ.

Ad rationes burlei.

Ad primuȝ istoruȝ reduco rationeȝ contra facientẽ: quia si deductio illa sit bona: sequitur ꝙ quelibet magnitudo pertrãsita sit infinita: quod est euidẽter falsuȝ: et cõtra euȝ: deductio patet per moduȝ suũ arguendi. Quia ponatur ꝙ aliquod mobile moueatur cõtinue sup aliqua magnitudie: accipiat aliquod instans tẽporis mensurantis illũ motũ: et sit illud instãs a: tunc veruȝ est dicere ꝙ in instãti. a. illud mobile acquisiuit aliquid de spacio: et cõtinue ponitur moueri etiaȝ post. a. veruȝ est dicere ꝙ in quolibȝ instãti post. a. acquisiuit aliquid de spatio. vel igitur quod acquisiuit in quolibet instãti post. a. est equale priori acquisito in instãti. a. aut mai⁹ aut minus iuxta deductioneȝ suaȝ. Si equale: cũ infinita sint instãtia sequitur per eũ ꝙ in magnitudie illa sint infinita spatia equalia: siue infinite partes equales: et per cõsequens ꝙ nigredo illa sit extensiue infinita: quia illud quod habet infinitas partes equales: per quaruȝ additionẽ fit eius extensio est infinitũ extensiue sicut per euȝ illud quod habet infinitas ptes eqles per quarũ additiones fit eius intensio. fit infinituȝ intensiue. Si maius: idem sequitur quia per eũ maius includit equale et per cõsequẽs. Si acquisiuit maius spaciũ acquisiuit equale. si minus idem sequitur per modũ suum arguendi: quia accipiatur aliquod instãs illius tpis post a. et sit. d. tũc veruȝ est dicere ꝙ in istãti d. illud mobile acquisiuit minus de spacio ꝙ in alio instanti priori. ergo in quolibȝ instãti intellectus. d. et. a. acquisiuit tãtũ de spacio ꝙ in instanti. d. quia si acquisiuit maius: acquisiuit equale. cũ ergo infinita istãtia sint inter. d. et. a. sequitur ꝙ in d. instanti sunt infinita spacia acquisita tante quãtitatis siue extensionis: quante est istud spaciũ nouuȝ acquisituȝ in instãti d. et quia omnia illa spacia manẽnt in magnitudine pertransita: sequitur per euȝ ꝙ magnitudo illa sit infinita. Iteruȝ si deductio illa sit bona. et cõclusio illius doc. sit vera. sequitur posito ꝙ lumen in aere cõtinue augmentetur sicut ipse supponit in ratione sua: ꝙ infinita lumina corrumpantur: et infinita generentur: quoruȝ quodlibet durat per soluȝ instans. quod nõ videtur rationabiliter dictũ. nec bñ possibile. Cõsequẽtia: quãtũ ad primaȝ parteȝ cõsequentis patet per euȝ. posito ꝙ lumẽ in aere cõtinue intendatur per approximationẽ corporis luminosi causantis lumen in ipso: corpus illud luminosuȝ in quolibet instanti temporis mensurantis approximationẽ causat lumen in aere: et infinita sunt instantia in tẽpore eius approximationis: igitur corpus illud luminosũ causat in ipso infinita lumina: et quia per eũ in augmento luminis nunꝙ duo lumina manent simul: quia tunc lumen intẽderetur per additionẽ partis ad partẽ: vtra ꝙ parte remanente: quod negat: sequitur ꝙ in tali augmento luminis infinita lumina corrũpantur: et infinita nouiter generentur: que sunt prima ps consequentis. Ex hoc statim apparet cõsequentia quãtuȝ ad secũdaȝ parteȝ cõsequẽtis: quia si aliquod lumen durat et plusꝙ per instans cũ in quolibȝ instanti per euȝ causetur nouũ lumen: iaȝ duo lumina essent simul in aere: cuius oppositũ intendit. Et similiter potest probari posito: ꝙ albedo in aliquo subiecto cõtinue augmentetur: ꝙ infinite albedines sunt corrupte: et infinite generate in subiecto illo: quarũ nulla durauit nisi tantuȝ per instans: et de qualibet

Rño ad burlei.

alis forme preformate: quod non videtur bene dictum. Et adhuc sequitur ulterius quod aer sit illuminatus per aliquod tempus: et quod nullum lumen per tempus sit in ipso: sequitur etiam quod aliquod subiectum per tempus esset album: et quod nulla albedo per tempus erit in eo: quod est impossibile ut videtur. Preterea si deductio illa sit bona: et formarum intensio fiat qua producitur forma perfectior priori desinente esse, ut isti doctori videtur adhuc sequitur lumen in aere esse infinitum intensive: quod tamen est inconveniens ad quod deducit. Assumptum declaro: pro cuius declaratione premitto aliquas propositiones communiter concessas. Prima est quod nullum lumen finitum intensive sive perfectius alio in aliqua determinata proportione excedit illud: hoc patet: quia omne lumen intensius alio excedit illud et si sit finitum non excedit infinite: igitur in aliqua determinata proportione. Secunda est quod cuicunque lumini quod exceditur ab aliquo in aliqua determinata proportione potest fieri additio luminis secundum proportionem excessus luminis excedentis. Ista propositio patet quia sicut est in excessu quantitativo: ita videtur esse in excessu qualitativo: sed sic est in excessu quantitativo: quod cuicunque quantitati: que exceditur ab alia in aliqua determinata proportione potest fieri additio quantitatis secundum proportionem excessus quantitatis excedentis: quia si una linea excedit aliam in uno pede, sicut linea bipedalis excedit pedalem certum est quod linee excesse potest fieri additio linee pedalis: et sic de qualibet alia determinata proportione igitur sic erit in excessu qualitativo. quia cuicunque qualitati: et sic lumini quod exceditur ab aliquo in aliqua proportione potest fieri additio. Tertia est: quod si lumini excesso fiat additio luminis secundum proportionem excessus luminis excedentis: ex his duobus luminibus fiat unum lumen equale punctualiter lumini excedenti: verbigratia: sit lumen excessum .a. et lumen excedens .b. et lumini .a. fiat additio luminis secundum proportionem excessus luminis .b. et illud lumen additum sit .c. ex luminibus .a. et .c. fiet unum lumen equale punctualiter lumini .b. hoc patet: quia si lumen excedens sit perfectius sive intensius in duplo et lumini excesso addatur lumen equale: evidens est quod ex his duobus fiet unum lumen punctualiter lumini excedenti: et hoc evidenter apparet in excessu quantitativo: quia si linee pedali que exceditur a bipedali in duplo si addatur alia linea pedalis: certum est quod linea resultans ex his duabus erit punctualiter equalis linee bipedali: quia ex duabus lineis pedalibus resultat linea bipedalis et sicut est in proportione dupla: sic etiam in qualibet alia. Quarta propositio est: quod possibile est quod intensio luminis fiat per additionem luminis ad lumen utroque remanente: et lumen non esse intensius: quam si talis intensio fiat per productionem perfectioris luminis priori desinente esse: et hoc sequitur ex precedentibus: quia illud lumen perfectius quod produceretur: priori desinente esse secundum istum doctorem sit .a. nunc sic lumen .a. in aliqua determinata proportione excedit lumen: quod nunc existit in aere: nisi sit infinitum ex prima propositione: igitur lumini excedenti potest fieri additio luminis secundum proportionem excessus luminis .a. ut patet ex secunda: qua additione facta fiet unum lumen equale punctualiter lumini .a. ut patet ex tertia igitur etc. His propositionibus premissis declaro propositionem sic: possibile est quod intensio luminis fiat per additionem luminis utroque remanente lumine et tamen non esse intensius quam si talis additio fieret per productionem perfectioris luminis priori deficiente esse igitur sicut primo sequitur lumen in aere esse infinitum intensive: et ex secundo: antecedens est declaratum et consequentia est nota: quia ex opposito consequentis evidenter infertur oppositum antecedentis. Confirmatur quia posito quod in infinitis instantibus infinita lumina sint addita lumini nunc existenti in aere per continuam approximationem corporis luminosi ad ipsum: adhuc est possibile quod lumen non sit intensius quam si in quolibet instanti illorum sit in aere aliud et aliud lumen: quorum semper posterius sit perfectius priore: sicut isti doctori videtur hoc patet: quia possibile est quod tale lumen non sit intensius quam lumen ultimo producendum: infinitis prioribus desinentibus esse: cum sit possibile intensionem luminis fieri per additionem luminis ad lumen utroque remanente. et lumen non esse intensius quam si talis intensio fiat per productionem perfectioris luminis priori desinente esse: ut patet ex dictis: ergo si ad positionem meam sequitur lumen esse infinitum intensive et ad suam: vel si non ad suam nec ad meam etc. His premissis respondeo ad formam rationis et interimo consequentiam: et ad probationem dico: quod procedit ex falsa imaginatione imaginatur enim iste doctor in ratione illa: quod in quolibet instanti temporis mensurantis approximationem corporis luminosi ad susceptionem luminis: corpus luminosum causet aliquod lumen in ipso quod non est verum: quia in nullo motu continuo aliquid acquiritur in instanti: licet in instanti sit primo acquisitum illud quod in tempore immediato acquirebatur: cuius oppositum sequitur non solum si corpus illud causaret aliud lumen in quolibet instanti illius temporis: sed etiam si causaret aliquod lumen in quolibet instanti ipsius. Est igitur imaginandum: quod sicut corpus illud luminosum: quod ponitur continue approximari lumini susceptivo non fit ei propinquius in instanti sed in tempore: quia in instanti non acquirit aliquod spatium: licet in instanti sit primo acquisitum spatium quod in tempore immediato acquirebatur: sic etiam non causat aliquod lumen in illo susceptivo in instanti sed in tempore: licet in instanti sit primo causatum vel acquisitum illud lumen quod in tempore immediato acquirebatur: sive causabatur: et ideo sicut non sequitur ex infinitate instantium quod spatium sive magnitudo pertransita sit infinita: sic etiam nec sequitur: quod lumen acquisitum sit infinitum.

Sed contra solutionem istam est directe ratio que adducebatur in arguendo: videlicet: quod quanto agens est propinquius passo equaliter vel magis disposito quam prius tanto fortius agit: et perfectiorem effectum inducit: hoc dico. quod ista propositio non est vera: si agens illud fiat continue propinquius passo. Ratio huius est: quia in quolibet instanti agens est propinquius passo: et tamen in instanti non producit aliquem effectum quia in motu continuo non acquiritur aliquid in instanti ut patet ex dictis sufficit igitur: quod agens illud perfectiorem effectum producat: vel quod tunc primo perfectior effectus sit ab ipso productus: non quidem intelligendo cum exclusione: sed cum inclusione prioris: et in isto sensu concedo conclusionem: quia in quolibet instanti post .a. verum est dicere quod in susceptivo illo sit primo maius lumen inductum vel causatum non quidem cum exclusione: sed cum inclusione luminis precedentis: quia ante illud instans non fuit tantum lumen in ipso: sicut et in quolibet instanti verum est dicere quod ab illo corpore maius spatium est pertransitum intelligendo semper cum inclusione spatii precedentis: sed ex hoc non sequitur lumen illud esse infinitum sicut nec spatium pertransitum ut declaratum est supra.

Ad secundam nego minorem: et ad probationem concedo quod b est calor remissior quam sit .a. intelligendo per .a. calorem intensissimum vel valde intensum. et per .b. medie

tatē formalē ipsius: sicut intelligit iste doc. ⁊ quando dicitur: q eadē ratione medietas formalis ipsius .b. esset remissior quam ipsa .b. ⁊ medietas ipsius medietatis esset remissior illa medietate: ⁊ sic de aliis: concedo et hoc tamē non sequitur q possit devenire ad calorē remississimū cum in quolibet calore quantumcumque remisso sint infiniti gradus: sive infinite partes intentionales: sicut in quolibet continuo quantumcumque parvo sunt infinite partes continue: concedo tamē q potest devenire ad calorē valde remissum: ⁊ quando dicitur ulterius q cū huiusmodi partes formales sint simul in eodē subiecto adequato: sequitur q in eodē subiecto adequato simul erunt calor intensissimus ⁊ remississimus: concedo q in eodem subiecto adequato possint simul eē calor simul intensissimus i. valde intensus ⁊ remississimus i. valde remissus quia aliter non est dare calorē remississimū ut patet ex dictis: sic intelligendo q calor ille valde remissus sit pars formalis illius caloris intensissimi: et quando dicitur q hoc est impossibile nego: ⁊ ad probationes respondeo. Ad primam potest responderi dupliciter. Primo potest dici: q calidus summe ⁊ calidus remissus sunt incompossibilia in eodem: tamē calor intensissimus ⁊ calor remissus nō sunt incompossibiles eodem modo quo dictum est supra: quia non sequitur in isto subiecto sunt calor intensissimus ⁊ remississimus qui est pars formalis caloris intensissimi. igitur istud subiectum est summe calidū ⁊ remisse calidū: quia licet calor ille remissus si eet per se sic q nō esset pars caloris intēsissimi. daret subiecto esse calidū remisse una tamen cum aliis partibus caloris: ex quibus una cum ipso fit unus calor intensissimus nō dat ei nec potest dare esse calidum remisse sed intense. Secūdo potest dici q si calor intensissimus ⁊ remississimus sint in diversis subiectis adhuc calor intensissimus: approximatus calori remisso nō ageret in ipsum expellendo illum gradum remissum: sed isto manente causaret aliū gradū caloris: ex quibus fieret simul unus gradus caloris intensior: ⁊ sic calor intensissimus non expelleret calorē remissum: si essent in diversis subiectis: sed augmentaret ipsū: ⁊ per consequens non sequitur q sint incōpossibiles in eodē. Ad secundā patet ex precedenti conclusione q forma habens contrarium non remittitur per admixtionē. Ad tertiā dico: q calor intensissimus non contrariatur calori remisso nec etiā remississimo si posset dari: cū sit eiusdē speciei specialissime. Ex his patet quid dicendū ad argumentū: si fiat in raritate ⁊ densitate: quia concedo q omnis raritas est intēsior sua parte formali: supposito q raritas sit res distincta a substātia ⁊ quantitate ⁊ concedo q in eodē subiecto adequato sunt simul raritas intensissima i. valde intēsa: ⁊ raritas remissa i. valde remissa. Sed ex hoc non sequitur q partes iacebūt magis ppinque: ⁊ minus ppinque: quia cū raritas illa remissa sit pars raritatis intense non dat subiecto in quo est esse rarū remisse. Sed contra solutionē istā iste doctor arguit dupliciter. Primo sic: causa formalis nō potest separari ab effectu formali: nec econverso: sed effectus formalis raritatis est facere distare partes: seu remote ab invicē iacere: ergo effectus formalis maioris raritatis est facere partes remotius iacere: ⁊ effectus minoris seu remissioris raritatis est facere partes minus remote iacere: ergo si maior raritas ⁊ minor raritas sint simul adequate in eodē subiecto adequato: ⁊ in eodem corpore sequitur: q eedē partes iacebunt simul magis remote ⁊ minus remote: quod est impossibile. Secundo sic: ⁊ supponit duo. Primum q possibile est virtute divina q una medietas formalis raritatis auferatur a subiecto: reliqua remanente nā nova forma addendo illi subiecto. Secūdo supponit: q in raro partes mediate remotius iacent q̄ in denso in aliqua determinata proportione. His suppositis arguitur sic: ponamus q in raro partes mediate iaceant remotius q̄ in denso in proportione centupla: tunc sic: possibile est q deus auferat medietatē formalē illius raritatis: remanēte subiecto: nullā aliā formam addendo illi subiecto: tunc illud subiectum esset minus rarū in duplo q̄ prius: ⁊ per consequens partes mediate eius iacebūt in duplo ppinquius q̄ prius: ⁊ adhuc potest auferri iterū medietas medietatis remanentis ab illo subiecto: ⁊ tunc partes mediate eius iacebunt in quadruplo ppinquius q̄ prius: ⁊ sic iterū fiet ablatio centies: ⁊ tunc partes mediate illius subiecti iacebunt ppinquius in centuplo q̄ iacebant in primo raro a quo primo fiebat ablatio. Cum igitur in denso nō iaceant partes ppinquius q̄ in primo raro nisi in centuplo sequitur q partes eque ppinque iacebunt in raro ⁊ denso: quod est impossibile. Et sequitur adhuc maius impossibile. s. q partes in raro iacebunt ppinquius q̄ in denso: probatur: quia probatū est q in aliquo raro iacent partes ita ppinque sicut in denso. Si ergo ab illo raro auferatur medietas formalis illius medietatis: reliqua mediate remanente nihil novum addendo illi subiecto sequitur q medietate absoluta partes illius rari iacebūt in duplo ppinquius q̄ in denso: ⁊ per idē argumentū potest probari ut dicit: q possibile est q partes rari iaceant in centuplo ppinquius q̄ in denso: quia fiat centies ablatio medietatis: sit ergo primum. Ista tamen non concludunt ⁊c. Ad primum igitur quicquid sit de maiori: quia in multis haberet instantiā: prout alias declaravi de visione ⁊ videre ⁊ similibus: dico ad minorē: q effectus formalis raritatis: qui est totalis: est facere partes distare secundum proportionē sue intēsionis: sed effectus formalis raritatis que est pars alterius raritatis non est facere partes distare secundum proportionē sue intensionis si esse: sed sicut ex ipsa ⁊ aliis partibus raritatis fit una raritas intensior sic una cū aliis facit partes distare secundum proportionē intēsionis raritatis totalis. Ad secundū supposito q raritas ⁊ densitas sint forme absolute realiter distincte: sicut cōmentator videtur velle .7. phisi. d. q raritas ⁊ densitas sint qualitates consequentes calidū ⁊ frigidū: dico q in raro partes mediate remotius iacent q̄ in denso in aliqua determinata proportione ultra proportionē que requiritur ad densū. Est enim imaginandū q in denso partes mediate iacent ppinque in aliqua determinata proportione ultra quā si remotius iaceāt non esset densum: sed esset rarū: ⁊ per oppositum in raro partes mediate iacent remote in aliqua determinata proportione citra quē si ppinquius iaceāt nō esset rarū sed densum. Et quia in raro partes mediate nō distāt infinite: verum est: quia tales partes sunt in raro remotius iaceāt q̄ in denso in aliqua determinata proportiōe ultra proportionē illā que requirit ad densū: tunc ad rōnem quando dicit q si deus auferat medietatē raritatis partes mediate in raro iacebunt in duplo propinquius q̄ prius: dico q verum est intelligendo de ppinquitate que est ultra proportionē ppinquitatis que requirit ad densum nō autem de ppinquitate simpliciter. Et si ulterius auferat medietas illius raritatis partes mediate iacebunt quadruplo ppinquius nō quidē simpliciter: sed ultra



pportionē ppinquitatis que requiritur ad densū. Et si isto modo partes fiant ppinquiores in raro etiā in infinitū: patet q̄ nunq̄ erunt ita propinque sicut in denso. Ad tertiū principale nego minorē ad pbationē nego consequentiā illā: quia non sequitur. forma diminuitur per ablationē partis a parte: ergo tota simul perditur. Et ad pbationē illius consequentie: quando dicitur: q̄ quādocūq̄ aliquod agens est equaliter approximatum zc. dico q̄ illa maior non est vera si illud agens non sit tante virtutis q̄ simul possit omnia destruere: z sic est in pposito: quia q̄uis medietates qualificatiue forme corrūpende sint equalis intensionis z equales per gradus ad resistendū actioni agentis: citius tamē destruitur vna q̄ altera: quia agens non est tāte virtutis q̄ possit omnes simul destruere. Et si dicatur q̄ nō ē aliqua ratio pp̄ter quā magis vel citius destruat vnam q̄ reliquam. Potest dici: q̄ quia illud agens potest vnā destruere z nō omnes simul: necirco vna prius destrueretur q̄ alia: z tū nec ista nec illa necessario. Et si omnino queratur causa quare illa corū prius destruatur q̄ alia. Potest dici q̄ illa prius destruitur q̄ deus qui omnia regit z administrat vult primo destrui. Potest etiā dici sicut forte aliqui dicunt q̄ pars prius inductiua firmius radicatur in subiecto: z ideo agens nō potest ita cito destruere istā partē sicut aliā. Ad quartum dico q̄ vnā formā accidentalē excedere aliā eiusdē generis in infinitū i perfectione potest intelligi dupliciter: simpliciter z sm quid. Simpliciter quidē: q̄z eius perfectio vel actio simpliciter est infinita. Secūdo quid vero quantūcūq̄ intenderetur excessa nunq̄ veniret ad perfectionē excedētis. In secundo sensu concedo consequens: z sic pcedūt pbatiões sue: sed ex hoc non sequitur q̄ forma accidentalis sit infinita i perfectione: aliter anima mea esset infinita i perfectione: quia quantūcūq̄ intenderet musca nunq̄ veniret ad perfectionē ipsius: z angelus rectus esset infinitus: quia quantūcūq̄ intenderetur angelus continue nunq̄ potest ei adequari: z sic ī multis alijs. In primo vero sensu nego consequentiā: z ad pbationē quando dicitur: q̄ albedo excedit nigredinē i perfectione sine omni pportione dico sicut prius q̄ non est verū simpliciter: sed solū sm quid. s. quantū ad nobilitatē z perfectione specificā in sensu dato: q̄ quantūcūq̄ intendatur nigredo nunq̄ potest deuenire ad perfectionē minime albedinis: quia cum sint alterius z alterius speciei equales perfectionis esse non possunt: z in isto sensu pcedit vltima probatio sua: si aliquid concludit vt patet: z g consequens ratio nulla. Potest etiam dici secūdo q̄ ratio deficit in principali pbatōe quia nō pbat q̄ albedo excedit nigredinē sine omni pportiōe. nō enī sequitur hec albedo excedit i pfectiōe suā medietatē qualitatiuā i duplo. z sua medietas excedit nigredinē in duplo: ratio est eadē: q̄z albedo nō excedit suā medietatē in duplo quātū ad nobilitatē z perfectionē suā specificā: sed solū quantū ad intensionē. z ideo non sequitur q̄ excedit nigredinem in duplo: q̄z nō excedit suā medietate in duplo quantū ad illud in quo sua medietas excedit nigredinē ex z hoc statim apparet q̄ albedo non excedit nigredinē i duplo: z in triplo z in quadruplo z in infinitum: sicut isti doctori videtur. Potest etiā reduci ratio contra eū: q̄z scd̄m eum in intēsione forme continue i quolibet instanti est perfectior forma: capio tūc albedinē remissā z arguo sic. hec albedo excedit nigredinē i perfectiōe. g aliq̄ albedo excedit nigredinē i infinitū q̄d nō ē icōueniēs: ad q̄d deducit aūs est suum. z pñaz deduco ex dictis suis q̄z p eum in intensione albedinis continue in quolibet instanti est perfectior albedo: sed infinita sunt instantia: igitur infinite erūt albedines quarū sp posterior est priore pfectior. tūc sic hec albedo remissa excedit nigredine in perfectiōe z a quacūq̄ albedine sequēte plus z plus exceditur: q̄z semp posterior ē priore pfectior z infinite sunt albedines sequētes igitur aliqua excedit nigredinē in infinitum i perfectione. Ad quintū patet q̄d dicēdū ex solutione pmerōnis: q̄z nō est verū q̄ in quolibet instanti tēporis mensurātis augmētū forme acquiratur aliq̄d de forma: sicut dixi de mobili quod nō acquirat aliq̄d spaciū i instāti: licz i istāti sit p acquisitū spaciū illud quod in tempore imediato acquirebatur: z pōt ratio reduci contra eum satis euidenter: q̄z per eū in quolibet instāti illius temporis acquiritur alia z alia forma: quarū posterior est semp priore perfectior: z cū infinita sint instantia sequitur quod infinite tales forme sint acquisite: z p consequens posterior si deductio sua sit bona erit infinita intēsiue.

Ad sextā ratiōz dico: negādo minorē z ad pbationē dicitur cōiter z bene: q̄ omnis motus acquisitiuus est ab aliquo positiuo in aliquod positiuū: q̄z omnis talis motus est ad aliquid nouū: sed non est verū de motu deperditiuo cuiusmodi est motus diminutionis: quia talis non est ad aliquid nouum.

Sed contra solutionē istā iste doc. arguit primo sic p phm. 5. phisi. distinguens motū a mutatione dicit q̄ omnis motus est a subiecto in subiectū: hoc ē a positiuo in positiuum sed nihil mouetur ad illud q̄d habet: q̄z habitibus presentibus in materia cessat motus: quia i omni motu acquiritur aliquid nouū.

Secūdo sic: ois mutatio ē ab aliquo in aliud: naz hoc sonat nomē: vt patet ex. 5. phisi. ois etiā motus est ab opposito in oppositū: vt p3 eodez 5. accipiatur ergo ille motus quē dico eē motū deperditiōis ille motus est mutatio: quia est genus motus: ergo ē ab aliquo in aliud: queritur tunc de termino illius motus deperditionis: cū enim omnis motus sit ab opposito in oppositū oportet q̄ termini motus deperditionis sint oppositi: aut ergo sunt oppositi relatiue: aut contrarie: aut contradictorie: aut priuatiue: non relatiue patet de se: quia ad relationē nō est motus: nec contradictorie nec priuatiue: quia inter sic opposita non est motus: sed mutatio subita: vt patet 5. phisi. z ratio phi est: quia omnis motus est inter opposita mediata: naz motus necessario requirit mediū inter terminos motus: sed nec inter contradictoria: nec inter priuatiua opposita est aliquod medium: relinquitur ergo q̄ motus deperditionis sit a contrario in contrariū: sed certum est q̄ omnis deperditionis motus qui est a contrario in contrariū est aliquid positiuū nouū. ergo motus deperditionis est ad aliquid positiuū nouū: sed ista non concludunt. Ad primum istorū dico: q̄ phus in illo loco loquitur de motu acquisitiuo: talis enī semper est de positiuo in positiuum: cū sit ad aliquid nouum. Potest enī dici sicut aliqui dicunt: q̄ phs in loco illo ponit differentiaz inter motū z mutationē: q̄ in subiectū motus est ens actu: mutationis autē materia prima que non est ens actu: saltē loquendo de actu completo: z ideo dicit q̄ omnis motus est a subiecto in subiectū: quia in omni motu siue sit acquisitiuus: siue deperditiuus manet subiectū q̄ est ens actu: per subiectū enī nō intēdit terminū a quo z terminū ad quē: sicut isti doc. videtur.

Ad secūdū dico q̄ non ois mutatio e ab aliq̄ i aliud: q̄z motus deperditiuus ē quedā mutatio: cū mutatio



fit genus motus: etiā per eūm: ⁊ tamen motus de perditus non est ab aliquo in aliquid: vt dictum est supra: cū non sit ad aliquid nouū: supponit ergo ratio ꝙ debet ꝓbare: ⁊ per consequens petit principiū. Ad septimū principale dico ꝙ non est istius doctoris: sed goffredi: quem iste doctor sequitur in hac materia a diuersis diuersimode responder: quidam dicunt ꝙ in alteratione que est a minus albo ad magis albuz: terminus a quo non est albedo remissa: sed priuatio termini ad quem .s. priuatio albedinis intense. Quidam vero dicunt ꝙ terminus a quo in tali alteratione non est priuatio albedinis intense: sed nigredo que est in albedine remissa: ⁊ hec est incompossibilis albedini intense: quicquid tamen sit de solutionibus istis: quia saltez secunda videt̄ oīno impossibilis: qꝛ supponit ꝯria simul esse in eodez sub gradibus remissis: cuius oppositū patet ex pcedēti q̄stione: cōcessa maiore illi⁹ rōnis nego minorē: qꝛ ptes forme nō sunt termini ꝑse intēsioris forme: qꝛ nō ꝯdo ꝙ ꝑ istū doc. qꝛ secūdū eū ꝯois mot⁹ e a ꝯrio in ꝯrariū: ꝑptes forme vt puta albedo remissa: ⁊ albedo intēsa. siue albedo pcedens: ⁊ albedo subsequēs nō sunt ꝯria: cū sint eiusdē speciei specialissime: ꝑ̄ dico tñ ꝙ termini intēsionis forme ꝑ se nō sunt forma remissa: ⁊ forma intēsa sꝫ esse remissuz ⁊ esse intēsuz: verbi gratia: si fiat motus a minus albo ad magis albuz terminus a quo isti⁹ motus nō est albedo remissa: sed esse albuz remisse. ⁊ terminus ad quez nō est albedo intēsa: sed esse intense albuz. ⁊ isti termini sunt omnino incōpossibiles. qꝛ īpossibile est aliquod subiectuz simul esse remisse albū: ⁊ intense albuz: ⁊ ꝙ illud sit veruz apparet qꝛ iste motus fit a minus albo ad magis albū ergo terminus a quo est minus albū siue remisse albuz qꝛ idez est: ⁊ terminus ad quē est magis albuz siue intense albuz. Ad octauū apparebit qd dicēduz in rn̄dendo ad argumēta pncipalia. qꝛ istud argumentū sunt factū in proponendo questionē. Ad nonū nego vltimā ꝯsequentiā. qꝛ ex positione quaz sequitur nō sequit̄ ꝙ agens potēs inducere formaz remissaz possit inducē formā intensā. nec ꝙ calidū remissuz possit inducere intensuz gradum caloris: ⁊ ad ꝓbationē quando dicitur ꝙ omne potens inducere aliquā formā in subiecto susceptiuo forme potest inducere formā consimilez sub consimili gradu in subiecto eque vel magis disposito. Dico ꝙ verū est sm̄ illo subiecto nondū induxit formā illā: sed si induxit vt ipsuz graduz sibi adequatūz non potest isto manente inducere gradū consimilē: quis inductus est gradus sibi adequatus: ⁊ ideo nō sequitur ꝙ agens potens inducere vnaz partē forme possit post inductionem illius illa manente aliaz partem equalē inducere. Ad decimuz concedo: ꝙ multe forme absolute eiusdē speciei facientes vnam formā numero per se erunt simul ⁊ adequate in eodē subiecto: ⁊ si dicatur ꝙ istud est contra phz. 5. metaphi. vbi dicit ꝙ duo accidentia solo numero differētia in eodē subiecto primo esse non possunt. Dico ꝙ aristo. loquitur de accidentibus non facientibus ꝑ se vnū in actu: ⁊ ideo dictū suū non est ad ꝓpositūz: Et quando dicitur: ꝙ si multe possunt esse simul sequitur ꝙ infinite: quicquid sit de consequentia: cōcedo consequens in sensu dato: quia sicut quelibet magnitudo cōtinua est diuisibilis in infinitū: ⁊ per consequens habet partes infinitas: sic ⁊ quelibet forma intēsibilis suo modo: omnes tamen ille partes faciūt vnā formā numero ꝑ se vnā: nec ex hoc sequitur formā illā esse infinitā intensiue: sic nec sequitur ꝙ magnitudo cōtinua sit infinita extensiue:

Potest etiā dici: ꝙ quia omnes partes forme faciunt per se vnā formaz numero non remanent actu plures forme numero sicut etiā videm⁹ ꝙ quelibet albedo hꝫ plures ptes ꝑꝫ extēsionē: qꝛ tñ ꝯstituunt vnā formā per se nō conceditur: ꝙ ille ptes sint plures forme: siue plures albedines numero: sed vna tantū. Et si sic dicat̄ non sequit̄ plures formas numero simul esse in eodez subiecto: qꝛ partes forme non sic remanēt actu plures. Ad vndecimū dico ꝙ nō est contra me: qꝛ posui conclusiōes de formis ꝑmanentibus: de motu vero ⁊ aliis successiuis nō loquor, ꝑmo: qꝛ nōdum inquisiui qualis sit eorz entitas. Ad vltimū ꝑmo reduco ratione contrā euz: qꝛ vel iste doc. ꝑ radiū solarē intelligit aliquā rē distinctā a lumine vel nō: sed ꝑ se lumine causatum a sole in illa parte aeris: quā sol respicit diametraliter. Si dat̄ ꝑmū: ratio nihil concludit: qꝛ dicet̄ ꝙ lumen radij solaris est in radio solari tanq̄ in subiecto: ⁊ ꝑ ꝯñs nō sequit̄ ꝙ migrat de subiecto in subiectū. Si dat̄ secundū ratio est contra eū qꝛ ipe supponit in pncipio illius ratiōis qꝺ cōtinue ad motuz solis sit radius in alio ⁊ in alio subiecto qꝛ continue fit: vt dicit in alio ⁊ alio loco: igit̄ si radius nō esset nisi lumen qꝺ cōtinue ad motū solis fiat lumē in alio ⁊ alio subiecto: ⁊ ꝑ ꝯñs migrat de subiecto in subiectū qꝺ est inconueniēs ad qꝺ deducit. Ad rationez igit̄ ꝑo. est diuersimode rn̄dere ꝑꝫ ꝙ de radio solari diuersi diuersimode opinant̄: verū qꝛ nōdū inquisiui qualis sit eius entitas: an ꝑmanēs an successiua an tpalis: an instantanea ꝑt̄ ꝓ aleo quousq; ꝑtractē de materia ista: qꝛ si eius entitas nō sit permanēs: sed successiua: ꝑꝫ rationē nō esse cōtra conclusionē meā. Aliqui tñ dicūt ad rationē istā: ꝙ lꝫ accidens intrinsecū ⁊ vocāt accidēs intrinsecū illud qꝺ educit̄ de potētia subiecti cuius est albedo non migrat de subiecto in subiectū naturaliter loquendo: accidens tñ extrinsecum potest migrare de subiecto in subiectū. Et extrinsecū vocant illud qꝺ nō educit̄ de potentia subiecti: eadē enī species: vt dicūt causat ab obiecto: ⁊ recipit̄ in medio: ⁊ est postea recepta in organo vel in potentia: ⁊ qꝛ lumen est accidens extrinsecū isto mō: qꝛ nō cōsurgit ex aere: sꝫ ex sole videt̄ posse cōcedi: vt dicūt: ꝙ migret de subiecto in subiectū. Et sm̄ hoc dicet̄: ꝙ accidētia que nō sunt in subiecto realiter: sed solū intētionaliē: vt reale distinguit̄ cōtra intentionale: possunt migrare de subiecto in subiectū etiā n̄aliter.

Opinio sancti thome ⁊ egidij.

Thomas Egidius

Cōtra secundā conclusionē est opinio sancti thome ⁊ doc. nr̄i dn̄i egidij quā vt plarimū doc. nr̄i sequunt̄: ⁊ potest ex fundamētis eoꝝ contra ipaz argui multipliciter. Primo sic augmētatio pōt esse sine generatiōe: igit̄ forma pōt augmetari sine acquisitione noue partis eiusdē forme: ꝯña patet: qꝛ sine generatione nō potest esse acquisitio eiusdē forme: ꝯñs patet: qꝛ augmētatio ⁊ generatio sunt mutationes disparate: igit̄ augmētatio poterit esse sine gn̄atiōe. Preterea: si forma auget̄ per acquisitionē noue partis ⁊c. vel illa pars noviter acq̄sita ē essentialis forme specifice vel accidētalis: si essentialis: sequitur ꝙ forma ꝑerfīs cui additur nō erit in specie illa per se: qꝛ quia carebat eo quod est essentiale illi speciei: ⁊ ꝙ caret eo quod est essentiale alicui speciei non est in specie illa per se. Si accidentalis: sequitur ꝙ non faciat per se vnū cū forma ꝑexistēte: ⁊ per consequens non augmentat ipsam. Preterea: si formis augetur per acquisitionem noue partis eiusdē forme: sequeret̄ ꝙ vnū indiuiduum sm̄ essentiā suā esset perfectius alio indiuiduo eiusdē:



pñs est falsum: qz in individuis eiusdem rōnis nō est ordo essentialis scḋm perfectionē: igit̄ z añs. pña pbat̄: qz si sint due albedines eq̄les omnino intensiue: z vna earū intendat̄ p acquisitionē noue ptis eiusdē forme altera remanēte vt prius patet q albedo intensa scḋm suā essentiā esset pfectior alia z p pñs vnū individuū scḋm essentiā suā pfectius alio eiusdē rōnis. Preterea res alba pōt fieri albior nulla pte albedinis noviter acquisita: igitur albedo pōt intēdi sine acquisitiōe noue ptis eiusdē forme. pña patet: qz nulla res est albior nisi quia eius albedo est intēsior: añs pbat̄: qz ad sensum vidimus: q cū res aliq̄ alba cōdensat̄ ipsa fit albior z tñ nō acquirit̄ noua pars albedinis ḡ zc. Preterea ex min⁹ calido fit magis calidū: nulla pte caloris nouit̄ acq̄sita: igitur calor pōt intendi sine acquisitione zc. añs est phi. 4. phisicoꝝ dicētis: q ex calido fit magis calidū nullo facto in materia calido.

Rñō ad rōnes ochā.

Rñō ad ochām.

Ad primū istoꝝ dico q generatio pōt accipi tripliciter. Uno mō p pductiōe alicui⁹ cōpositi p se existēt. Alio mō p pductiōe forme seu termini formalis scḋm qualibet sui ptez. Tertio p pductione cuiuscūq̄ noui. Primo mō cōcedo q augmētatio pōt eē sine generatiōe: z ecōuerso z etiā secūdo mō: nā aliter nō pōt esse augmētatio cū tali generatiōe: qz augmētatio semp p̄supponit aliquā ptē vel aliq̄ gradū forme: que pōt augmentari z q sic generatur scḋm qualibet sui ptez pducitur sed sic cōcesso añte patet q nō valet pña. Tertio mō nego añs: qz impossibile ē verā augmētationē eē sine tali generatiōe: vt patet p deductionē cōclusionis mee. Is tamē generatio possit esse sine tali augmētatiōe. z per hoc pz qualiter est concededū q augmētatio z generatio sunt mutatiōes disparate: z qualiter nō. Ad secūdū dico q illa pars forme noviter acquisita ē individuū illius speciei: sicut z pcedēs: z ideo isto mō z nō alio quo pcedens ē essentialis vel accidētalis illius speciei. Sed tūc rō nihil cōcludit: qz si cōcedat̄ q sit essentialis modo dicto. nō sequitur q forma p̄exñs cui addit̄ nō erat in specie p se: nec pbatio valet qz oia individua vnius speciei isto mō sunt eēntialia nature specifice: z tñ non sequit̄ hoc individuū dāū caret illo: igit̄ nō est in specie p se. Si vero concedat̄ q sit accidētalis modo p̄dicto patet q nō sequit̄ q non faciat p se vnū cū forma p̄exñte: qz quelibet alia est sic accidentalis nature specifice: z tñ potest facere p se vnū cū alia: dico tñ vlterius ad maiorē declaratiōnē quesiti: q illa pars nouit̄ acq̄sita nō est essentialis parti p̄exñti: z tñ essentialis forme totali: que ex ipsa z p̄exñti constituit̄ sicut p̄ctūs. Ad tertiū concedo añs: q albedo intensa scḋm suā essentiā est pfectior remissa: z qñ dicit̄ q in individuis eiusdē rōnis nō ē ordo essentialis scḋm pfectionē: dico q nō est verū absolute: sed sic intelligēdo q in ipsis nō est ordo essentialis qualis est in individuis alterius speciei: z hoc ē verū: qz in individuis alterius rōnis est talis ordo vniuersaliter: qz nō possunt dari duo individua alterius rōnis: quin vnū sit essentialiter pfectius altero: in individuis autē eiusdē rōnis nō est talis ordo vniuersaliter: qz multa talia individua sunt essentialiter eque perfecta. Itē inter individua alterius rōis ē talis ordo: q min⁹ pfectū p sui intēsionē nunq̄ poterit adequari pfectiori: nō aūt inter individua eiusdē rōnis: vt pz.

Ad quartū dico sicut cōmuniter solet dici q aliquid esse albius alio: vel vno tpe magis q̄ alio pōt intelligi dupliciter: scḋm veritatē. s. z existentiā: vel solū scḋm apparentiā: in secūdo sensu cōcedo añs: z vergo pñaz: qz possibile ē aliquā rē eē albiorē scḋm apparentiā eius albedine nō intēsa: sed in secūdo nego añs: z ad pbationē dico q si res alba que condēsatur sit albior scḋm veritatē necesse est aliquā partē albedinis esse noviter acquisitā. Si vero res alba cōdensēt̄ z nulla ps albedinis de nouo acquirat̄: dico q ipsa nō est albior scḋm veritatē: sed solū apparētiā: eo q ppter maiorē ppinquitatē partiū fortius mouet visus. Ad vltimū dico: sicut z ad p̄cedēs sic q ex minus calido non fit magis calidū scḋm veritate: nulla parte caloris noviter acquisita: z ad auctoritatem dico q nō intelligit q ex minus calido possit fieri magis calidū nulla parte caloris nouit̄ acquisita in parte subiecti que nō ē calida: z hoc ē dictū q aliquid potest fieri magis calidū intensiue sine hoc q fiat magis calidū extensiue z q ista sit intētio phi patet p verba imediate sequētia: qz cū dicit q ex calido fit magis calidū nullo facto in materia calido statī subdit q nō eēt calidū qñ eēt minus calidū: quasi dicat q ex minus calido fiat magis calidū nulla pte facta calida: que non esset plus calida quando illud erat minus calidū: z hoc ē verum.

Egidius.


Egidius.

Cōtra tertiā cōclusionē pōt argui ex fundamēto doc. nostri. primo sic. Quia si gradus aduenies i augmēto forme distingueret̄ realit̄ a p̄ori sequeret̄ q quāto forma esset intēsior tāto esset pfectior z quāto esset remissior tāto eēt pfectior: qd est falsū scḋm oēs: pña pbat̄: qz quanto forma est cōpositior tanto est iperfectior: z ecōuerso: quanto simplicior tāto pfectior sz si gradus aduenies i augmēto forme distingueret̄ realiter a p̄ori: quāto forma eēt intensior tāto eēt cōpositior: z quāto remissior tāto simplicior ergo zc. Preterea: si cōclusio eēt vera sequeret̄: q forma intensa nō eēt p se vna: qd ē falsū: z cōtra me: pña pbat̄: qz nunq̄ ex aliquibus duobus fit vnū per se: nisi vnū illoꝝ sit in potentia ad alterū. Sed si illa conclusio sit vera forma intensa constitueret̄ ex ptibus realiter distinctis: quarum vna non esset in potentia ad alterā: cū forme nō sit forma ergo zc. Confirmatur: qnia ex duobus in actu non fit vnū per se 7. metaphi. sed quelibet pars forme est aliquid in actu ergo partes forme realiter distinguuntur in forma. z sic forma nō erit p se vna.

Ad rōnes ochā.

Rñō ad ocham.

Ad primā nego pñaz: z ad pbationē: nego maiorē: quia non est verū q forma quāto est cōpositior tanto est iperfectior: imo quāto est cōpositior isto modo tanto est perfectior: z quanto simplicior tanto iperfectior: nec est vniuersaliter verum q omne simplex sit perfectius quolibet cōposito: aliter materia hominis eēt perfectior homine: quod est falsum ergo zc. Ad secundā: nego consequentiā: z ad pbationē similiter nego maiorē: si illa duo sint i potentia ad vnū tertiū: qualia sz ex duobus: quorum neutrū est in potentia ad alterū nec ambo ad tertiū non fiat vnū per se: ex duobus tamen: quoꝝ neutrū est in potentia ad alterū potest fieri vnū per se: si ambo sint in potentia ad tertium: z hoc apparet ad sensum: videmus enim: q ex duabus aquis fit vna aqua ita per se vna: sicut erat quelibet illarum ex quibus cōponitur: z tamē nulla illarū erat in potentia ad alterā: sed quia ambe prius erant in potētia ad constituēdū vnā aquā totalē: sic ex ipsis vna aqua p se. Et ad cōfirmationē phi patet: q p positio non est vera si sic intelligatur absolute: quia ex duabus aquis quarum quelibet est aliq̄d in actu fit vna aqua per se: vt notum est. Intelligenda est ergo auctoritas arist. de his que sic sunt duo in actu



q neutrū est in potētia ad alterū: nec ambo ad vnū tertiū: ꝛ tūc non est ad ꝓpositū: q2 partes forme nō sunt in potentia ad cōstituendū vnā formā totalē: sicut partes aque ad constituendū vnā aquā totalē. Contra cōclusionē quartā posset specialr argui ex tertia: q2 si ptes forme realiter distinguunt: vt asserit tertia cōclusio: ꝛ sunt eiusdē spēi specialissime: vt asserit quarta: sequit plura accidentia solo nūero dña sil esse in eode subiecto ꝑ: qđ nō est verū: sed ad illud patet quid dicendū ex solutiōe q̄rte rōnis facte cōtra pmā conclusionē.

Rño ad argumē. Ad pncipalia.

Ad pmā: reduco ꝑ rōne cōtra facientē: q2 vel ipse habet ꝑ incōueniēti q nulla forma augeat vel nō: si nō: ratio ē nulla: q2 nō deducit ad aliqđ incōueniens: si sic: rō est ɔtra eū: q2 ꝑ eū ps pcedēs nō augetur: q2 nō manet: nec sequens: q2 nō pfuit: nec totū aggregatū: q2 ꝑ ips ex vtraq3 vel penitus aggregatur. Ad rationē igit dico q formā augeri vel intēdi pōt intelligi dupliciter. Uno mō: q2 cadē forma nūero q̄ prius fuit minor nūc fit maior. Alio modo: q forme pexñti additur aliqua forma silis vel ps forme: ex qua cōstituit vna forma maior ꝛ perfectior intēsiue q̄ fuit illa ps p se que pfuit. Et per oppositū dupli pōt intelligi formā diminui vel remitti. Uno mō: q2 eadē forma nūero que prius fuit maior nunc fit minor. Alio mō: q2 aliqua ps forme tollit a forma: rōne cuius forma que remanet fit minor ꝛ ipfectior intēsiue forma illa q̄ pfuit. Jn pmo sensu ɔcedo: q nec charitas nec aliqua forma mūdi pōt augeri nec minui: q2 ipossibile ē q eadē charitas seu eadē albedo nūero nūc sit maior ꝛ prius fuit minor vl ecōuerso. ꝛ isto sensu ꝓcedit illa rō. Jn scdo tñ sensu charitas ꝛ oīs forma silis quātitatē ex se pōt minui vel augeri: ꝛ sic be. aug. ꝛ doc. dicūt charitatē augeri: q2 charitas q̄ nūc ē i isto. ē maior charitate q̄ pfuit in ipo: nec oppositū ꝓbat. Scđas rōnē si bñ deducat ɔcedo cōcludere.

Questio. 4

Quarto quero: vtrū gradus adueniēs in augmēto charitatis ab intel ectu creato possit intuitiue videri nō viso priori. Et videt pmo q nō: q2 gradus adueniens ꝛ pcedēs in augmēto charitatis sunt in eodē subiecto pmo sil ꝛ adequate igitur vni eoꝝ repugnat intuitiue videri sine alio: añs supponit: ɔña ꝓbat: q2 ex quo sil ꝛ adequate sunt i eodē subiecto nō videt q vnus possit mouere intellectū: altero nō mouēte: nec eius actū terminare: altero nō termināte. Contra: gradus adueniens in augmēto charitatis pōt realiter eē sine priori saltē de potētia dei: igit ꝛ intuitiue videri: ɔña pz: q2 qđ pōt realiter esse sine altero: pōt intuitiue videri sine illo: ꝛ añs ꝓbat: q2 si ponat in eē nulla sequit contradictio: ergo ꝛc. Jn ista questio. pmo ponā vnicā distinctionē. scđo cōclusionē. tertio mouebo dubia. quarto respondebo.

Articu. 1 Primus articulus.

Quantū ad pmū distinguo de potentia dei ꝛ creature: ꝛ scđm hoc questio pōt intelligi dupliciter: videlicet vtrū gradus adueniēs in augmēto charitatis possit intuitiue videri: nō viso priori de potētia dei: vel de potētia creature: ꝛ hoc de pmo.

Articu. 2 Secundus articulus.

Cōclo. 1 Quantū ad secundū. Prima cōclusio est: q gradus adueniens in augmento charitatis ē vera charitas: ꝛ gdus adueniēs i augmēto albedis ē vera albedo: ꝛ sic d alijs formis silibꝰ. Probat primo sic: qñcūq3 aliqua duo sunt eiusdē forme specifice: quicquid ꝑ se pmo mō pdicat de vno ꝛ de altero: oppositū pdicati infert oppositū subiecti: sed gradus charitatis adueniēs ꝛ pcedens sunt huiusmōi: vt patet ex questiōe pcedenti: igit quicquid ꝑ se pmo mō ꝓbat de gradu pcedente pdicat etiā de gradu sequēte: sed gradus pcedēs ē vera charitas: ꝛ fuit ante aduentū sequētis: ergo ꝛc. Scđo sic oīs alteratio scđm arist. 3. ꝛ 5. phisi. ē motus ad qualitatē: sed intensio charitatis ꝛ cuiuslibet alterius forme accidētalis ē motus ad qualitatē: ꝛ ꝑ ɔñs eius terminus ē vera qualitas ꝛ hoc expsse cōcedit auctor cōtra quē posui conclusionē istā. Sed terminus intēsionis charitatis ē realitas illa addita etiā scđm eū igit illa realitas est vera qualitas: igit in aliqua specie qualitatis: ꝛ certū ē q nō in alia q̄ charitatis: igit ē vera charitas: ꝛ in hoc videt in dictis illius doc repugnātia. Tertio sic: agēs pfectius si agit toto conatu causat effectū pfectiore in specie ceteris ex̄ntibus parē de se: scđm augmētās formā pōt eē pfectius generāte ipā: ꝛ generans formā causat gradū forme: qui vere ē in specie: ꝛ q̄ vere recipit pdicationē illius speciei scđm ocongit ꝛ augmētās: ꝓbat minor: q2 si ignis vnius gradus causet calore in stuppa. ꝛ ignis cētū ꝛ mille graduū augmētet ipm: patet q ignis augmētans est pfectior igne generāte: ꝛ cōstat q quilibet eoꝝ agit toto conatu: ꝛ cetera possunt eē paria: ergo ꝛc. Et confirmat: q2 deus potest augmētare charitate viatoris in decuplo: imo i millecuplo: igit realitas charitatis adueniens eēt maior in decuplo vel millecuplo realitate pcedēte: ꝛ realitas pcedēs est vera charitas scđm oēs igitur multo fortius ꝛ adueniens igitur ꝛc.

Quarto sic: aliqua pars intēse charitatis est vera ꝛ integra charitas: igit oīs: igit ꝛ realitas adueniēs. prima ɔña patet: q2 cū ptes charitatis sint eiusdē rōnis specifice: qua rōne vna est vera ꝛ integra charitas ꝛ alia. Et secūda ɔña videt clara: q2 cōstat q realitas adueniēs in augmēto charitatis sit ps charitatis nō minus q̄ pcedēs: añs ꝓbat: q2 gradus charitatis pcedēs ꝛ ps charitatis intēse: ꝛ cū ē vera ꝛ integra charitas scđm oēs. Forte dicet: q gradus charitatis pcedēs ante aduētū charitatis sequētis fuit vera charitas: ꝛ post aduentū illius nō est vera charitas: scđm cōcharitas: q2 ps charitatis. Sed ad veritatē hec euasio est nulla: q2 q̄cq̄d pdicat de aliquo tanq̄ de ꝑ se indiuiduo illo manēte: ꝛ nō destructo sp pdicat de illo: hec pz i oibus inductiue: sed charitas iuxta euasionē datā pdicat de gradu pcedēte ante aduentū alterius tā q̄ de suo ꝑ se indiuiduo: igit illo gradu manēte ꝛ nō destructo sp pdicabit de ipo: sed cōstat q post aduentū alterius sp manet etiā ꝑ cōsequens post aduentū alterius ē vera charitas: ꝛ sic intētū. Cōfirmatur ista rō: q2 nō ē minor cōueniētia ptiū charitatis ad charitatē q̄ partiū aque ad aquā: sed quelibet pars aque ē aqua: igit quelibet charitas est charitas. Secūda cōclusio ē: q gradus adueniēs i augmēto charitatis vel albedinis ꝛ si. de alijs: p diuinā potentiā potest realiter eē. priori non existēte: ꝓbat pmo sic: gradus adueniens ita ē charitas vel albedo: ꝛ sic de alijs sicut ꝛ pcedēs: igit nō magis repugnat sibi eē sine illo q̄ ecōuerso: saltē per potētiā dei: añs patet ꝑ cōclusione pcedentē: ꝛ ɔña ē nota: igit ꝛc. Scđo sic: i gradibus eiusdē rōnis si ipfectior potest eē sine pfectiori: ꝛ pfectior sine ipfectiori: maxie de potētia dei: sed gradus pcedēs ꝛ adueniēs in augmento forme sunt eiusdē rōnis ex questione pcedenti: ꝛ gradus adueniens potest eē pfectior pcedente: q2 augmentās formā pōt eē Cōclo. 2



